

h. 88,39

(X 1878224)

II R  
2224

DISSERTATIO JURIDICA  
*De*  
JURE VVEICHBILDORUM,

*Quam*  
DEI & Superiorum gratiâ,  
PRAESIDE  
DN. AUGUSTO BENEDICTO  
CARPZOV,  
J. U. D. & Inst. Prof. Publ.

*Publico eruditorum examini subicit*  
JOH. JOACHIMUS ROTHE, Elect. Præfect.  
Lipsiens. Actuar.  
AUTOR ET RESPONDENS.

*D. 17. Aprilis 1673. H. L. Q. C.*



LIPSIÆ,  
TYPIS COLERIANIS.



*Dno Georgio Knü  
LL Stud. Amico ma  
Honorando vilecto  
L. 12.*



1771  
HOLZSCHNITT

1772

1773  
1774  
1775  
1776  
1777  
1778  
1779  
1780  
1781  
1782  
1783  
1784  
1785  
1786  
1787  
1788  
1789  
1790  
1791  
1792  
1793  
1794  
1795  
1796  
1797  
1798  
1799  
1800



*Vir Nobilissime, Amplissime ac Con-  
sultissime Domine*

JOH. JACOB

PANZER,

HEREDITARIE IN KROSTE-  
WITZ ET SESTEWITZ, &c.

SERENISS. AC POTENTISS.  
ELECT. SAX. IN PRÆFECT.  
LIPS. MODERATOR SUPERIOR,  
GRAVISSIME. MERITISSIME,

MÆCENAS ATQ; PATRONE,  
PARENTIS LOCO MIHI AEVI-  
TERNUM COLENDE.

UT ET  
*Viri Nobilissimi, Amplissimi, Consul-*  
*tissimi ac Prudentissimi,*

DN. CONSULES,  
ÆDILES, PRÆTO-  
RES ATQVE SENA-  
TORES,

INCLYTÆ REIPUBLICÆ  
LIPSIENSIS GUBERNATORES  
DEXTERRIMI, FELICISSIMI,

PATRONI ATQ; PROMOTORES  
OPTIMI, MAXIMI.




Secundus abhinc annus agitur, quum à  
Serenissimo Electore Saxoniae TIBI,  
*Nobilissime* PANZERE, ac VOBIS, *No-*  
*bilissimi* itidem CONSULES *Amplissi-*  
*miq;* SENATORES, Iustratio Weich-  
bildi Civitatis nostrae clementissime committere-  
tur; Cui Iustrationi cum & ego interesse juberer,  
eâ, quâ potui, dexteritate ac fide omnia, quæ ad  
rem esse judicabantur, annotavi. Et quamvis  
tunc temporis de jure Weichbildorum non satis  
edoctus essem, haud tamen destiti in posterum  
curiosius in naturam hujus rei inquirere, cum o-  
mninò intelligerem, haud inutilem ac contemnen-  
dam, sed necessariam potiùs fore Juris Weichbil-  
dici notitiam, præprimis iis, qui in judiciis publi-  
cis constituti, actus jurisdictionales in territoriis seu  
Weichbildis civitatum exercere sæpius necesse ha-  
berent. Hinc, cum paucis abhinc septimanis ani-  
mum induxissim Dissertationem Juridicam con-  
scribere, ad præsentem materiam, quæ de Jure  
Weichbildorum agit, & *Lipsiense VVeichbildum*  
exempli loco paulò fufius adducit, curas meas ap-  
pellere nullus dubitavi. Singulari autem benevo-  
lentiâ *vestrâ*, quâ me hætenus excipere voluistis,  
[de qua tamen tacere satiùs, | quàm pauca dicere]  
effectum est, quod non deterruerit me exiguarum  
schedarũ vilitas, quò minùs *augustum Nomen Vestrum*  
illis

illis præscriberem. Æquum etiam putabam, ut  
in publico exstaret debitæ observantiæ erga vos  
meæ testimonium. Nec verò argumenti causa est,  
quod offensam verear, quasi indigna sit *Vobis* ma-  
teria, cum unicuique *Vestrum* curæ cordique esse sciam,  
ut ampla *VVeichbildi Lipsiensis* jura facta tecta ma-  
neant ac conserventur. Hinc quicquid hujus sit,  
equidem non dubito, quantum etiam hoc est,  
non inacceptum *Vobis* fore, mihi polliceri. Plura  
addere chartarum angustia prohibet. Valete diu  
*VOS*, o firmissima Reipublicæ hujus Fulcra, & cla-  
rissima *Præfecturæ* atque *Civitatis Lipsiensis* Orna-  
menta, meque in posterum amore, benevolentia  
ac promotione vestrâ dignum judicare ne dedigne-  
mini! Dabam é Museo die 12. Aprilis 1673.

*Vestr. Nobilit. ac Amplitud.*

Observantissimus

Joh. Joachim. Kothe.



Q. D. B. V.  
DISSERTATIO JURIDICA  
De  
JURE WEICHBILDORUM.  
PRÆLOQVIUM.

**U**T novi insolitiq; cupidus est seculi nostri mos, ita veterum sæpè negligens, & incuriosus eorum, quæ quotidiano fori usu & vulgi sermone terimus. Quem enim hodie non delectant curiosè magis & ridiculè, quàm utiliter relata ab Udalrico Zasio *ad l. 3. ff. de LL. n. 7. & 8.* Legistarum ac Dd. veterum disputata, an is, cui caput gladio abscissum est, si contingeret eum reviviscere, rursus eodem supplicio maectandus sit? & an Lazarus redivivus uxorem suam repetere potuisset? Quem alia ejusdem farinae quæsitæ non abripiunt, an resurgens à mortuis, testamentum prius rumpat? Sebast. Med. *in tr. mors omnia solvit, p. 1. n. 145.* & cujus ovum fiat, quod à variis gallinis positum est? de quo Nicol. Boër. *ad consv. Bituricens. tit. 10. §. 5. gloss. 1. in f.* & quæ alia negotiosi hujusmodi otii deliramenta sunt, exagitata Dn. Carpzov. *in tr. de usu arb. cons. Disp. 1. th. 1. & 2.* Sed quotusquisq; eorum, quæ usus fori, & tribunalia, & ipsa rerum argumenta loquuntur, curam gerit, quæ tamen & scire compendium & ignorare detrimentum est maximum? Non multum à telis araneorum absunt nugivendi isti, quæ plurimum habent artificii, minimum utilitatis. His, cùm in forum delati fuerint, tanquam in novum aliquem orbem productis idem ferè, quod Servio quondam, accidit, quem, cùm in causis orandis primum locum, aut, ut Pomponius *in l. 2. §. 43. ff. de O. J.* refert pro certo post Marcum Tullium obtineret, & ad consulendum Quintum Mutium de re amici sui pervenisset, eumq; sibi de jure iterum iterumq; respondentem parùm intellexisset, tali-



ter objurgatum legimus: *Turpe esse patricio & nobili, & causas oranti, jus, in quo versaretur, ignorare.* Et quod recentiori ævo Angelo Politiano usu venisse, Doctores memorant; Nam cum in glossematis Juris civilis jactaret, se vel Accursium superare posse, rogatus à Mariano Socino, quisnam in jure civili *suus heres* diceretur; parùm feliciter obmutuit: Joh. Jac. Wissenb. ad Pandect. Vol. 1. disp. 58. th. 19. Ita hi quoq; ad solum verborum forensium sonum exhorrescunt stupentque, aut nescio quibus distortis absolisq; responsionibus inertia, an dicam ineptia suæ ipsi existunt indices. Similes ferè illi grammatico, quem Gellius L. 20. N. A. c. 10. celebrem aliàs hominem fama & multo nomine prædicat, qui, quid verba, *ex jure manum confertum*, esset, rogatus, *aut erras, ajebat, adolescens, aut ludis. Rem enim doceo Grammaticam, non jus respondeo.* Si quid igitur ex Virgilio, Plauto, Ennio quærere habes, quæras licet. Ex Ennio ergo, inquit ille, est, *Magister, quod quæro.* Ab horum instituto, inde ab adolescentiâ meâ alienus extiti, & in colendâ Jurisprudentiâ, eò semper annis sum, ut non scholæ, sed foro discerem, & quæ usus ac praxeos gratiâ conscripta à prudentibus æqui boniq; præcepta inaudieram, ita haurirem, ut spei istius pulcherrimæ, ad quam studiosam L. L. Juventutem excitat Justinianus in S. f. proœm. Inst. particeps aliquando fieri possem. Quamobrem cum animum induxissem meum ad publicum aliquod pro Vobis Academicis edendum Specimen, JURIS WEICHBILDORUM pertractare thema visum fuit, non proletarium quidem, aut in merâ antiquitatis indagazione positum, sed utilissimum & in decidendis magistratum Jurisdictionumq; modernarum controversiis apprimè necessarium. In quo conamine, licet & difficultatem suscepti operis, & tenuitatem ingenii non parùm mihi obstare animadvertēbam; de benigno tamen æqui lectoris judicio minimè desperans, præsertim cum & in magnis voluisse sufficiat, divino fretus auxilio urgere propositum & felicem operis successum votis expetere æquum rebar.

Quæ res, ut feliciter mihi eveniat, eo ordine incedam, ut primò de Weichbildis in genere, horumq; tum nomine tum naturâ & essentiâ dispiciam, postea de eis dicta, exemplo quodam non incelebri, Weichbildi Lipsiensis, cujus nuperrimæ Lustrationi, jussu Serenissimi Electoris Saxonie Domini nostri Indulgentissimi, susceptæ & feliciter peractæ, mihi quoq; adesse contigit, planiora reddam.

CAPUT



# CAPUT PRIMUM.

## Continens nominis Weichbildi tractationem.

§. I.

**U**T magna sæpè antiquis Juris Dd. in indagandis verborum originibus, ita infelix quandoq; extitit curiositas. Apparet hoc ipsum vel maximè ex lepidâ illâ & ineptâ Angeli Aretini vocabulum *prætextæ* & *prætextati* explicaturi, originatione *in pr. J. de injur.* quod ortum habere dicit à nobilissimo quodam juvene, filio cujusdam Senatoris, 14. aut 15. annorum, qui quadam die secutus fuerit patrem suum ad Capitolium, & ibidem Senatui cum patre interfuerit, ubi pater ejus de secretis totius orbis tractaverat. Finito isto consilio, cum puer domum revertisset, percontari matrem cœpisse, de qua re tractatum in consilio fuerit? puerum secreta senatus occultandi studio finxisse: totam deliberationem de capitibus pullorum matris fuisse, quemadmodum pullos illos, quorum mater multos & charos habebat, pater dissipare possit. Quâ re ab iracundâ matre ad patrem, indeq; ad Senatum perlatâ, puerum propter discretionem suam in continenti in Senatorem electum, vestemq; ei factam fuisse *prætextam* dictam, ideo quod *præ* cæteris vestibus puerum *tegeret*. Cujus exemplum deinceps imitati alii pueri nobiles itidem hâc veste usi fuerint. Hæc de *prætextæ* etymologiâ *Aretinus*, quæ ex historiâ Papirii, de quo *Gell. l. 1. N. A. c. 23.* conficta meritò ab eruditis ridetur. In qua tamen evolvendâ nec ipsi inter se conveniunt, aliis inde quod auro gemmisq;, aliis, quod purpurâ esset *prætexta* in extremitatibus aut oris, vid. *Becmann, in orig. p. 1073. Rosin. l. 5. ant. Rom. c. 23. p. 269.* dictam esse contendentibus, vid. hæc & plura alia apud *Dn. Taborem, in armament. Justin. tract. de admenatione §. 3. p. 190. sequ.*

II. Pari felicitate successit quibusdam vocum nonnullarum in Germaniâ & Saxoniâ maximè usitatarum investigatio, ut exemplo *Weichbildi* nostri non potest esse obscurum, circa cujus vocis etymon tam latus dissensionum campus se offert, ut quò se vertere tutius possit, sine ineptiæ vituperio dubius meritò sit diligens investigator. Germanicam vocem esse omninò existimamus. Et benè scripsit *Schottelius in tr. de singular. quibusd. & antiqu. in German. jur. cap. 9. §. 1. omni carere fide historicâ, has & similes quam plures cum idiomate Teutonico ipso natas voces ex peregrino fonte esse deducendas aut aliundè derivandas. Antiquius aut*

verius in his vocibus Germanicis nihil inveniri, nisi id, quod in ipsa venerande Teutonice antiquitatis veritate contineatur.

III. Non verò primitivum esse, sed compositum à Weich & Bild/ ipsum Weichbildi verbum loquitur. Sed quæ utriusque vocis significatio, adeò liquidum non est. Hieronymus Treutlerus quidem *Vol. 1. Diss. 1. th. 10. lit. A. p. m. 17.* Weichbild dictum putat quasi wie wil/ vel, ut alii legunt, Weichwild/ hoc est, vici voluntatem, sicuti alias statuta civitatum, Willfür/ appellamus. Sed vereor ut rectè, si quidem ex ipso sono, seu pronunciatione vocis germanicæ modernæ, & inde collectâ allusione, nihil firmi concludi posse, sed ansam potius fuisse multarum absurditatum, & anilium futiliumq; originationum modò laudatus ostendit Schottelius *l. 2. §. 2. § 7. § opere de lingua German. Orat. 8. lib. 1.*

IV. Quibus allusionibus propè accedit illa, quâ Weichbild idem ac ein geweyhet Bild esse volunt, pro quâ illud facere poterat, quod apud antiquos Saxones pertica seu crux lignea; si alia nota deerat, in signum jurisdictionis territorialis, ponebatur, ad quam iudex & Scabini de iustitiâ æqualiter distribuendâ jurare coacti. Inde locus iudicii, secundum gloss. *ad art. 51. lib. 1. Landrecht.* dictus ein Heilig Mahl it. ein Handmahl/ dieweiln man mit der Hand darzu schweren müste/ quod clarius explicat glossa *ad art. 33. Weichbild.* Handmahl ist nichts anders/ denn die Ståte des Gerichts/ da einer ein Schöpffe zu ist/ und heist darumb ein Handmahl/ daß er oder seine Eltern mit der Hand darauff den Heiligen geschworen haben/ und daß er noch sein Handzeichen habe an dem Schöpffstuhl. Quamvis & hæc religioni quid datum fuisse in memoriam crucis Christi, ob quam illud signum olim instrumentis & Diplomatum præfixum, non à Romanis tantum *l. 22. §. 2. C. de jur. delib. Pet. Faber lib. 3. sem. 1. inf. Gvalth. 2. Misc. 2. Nov. Leon. 72.* Sed ab ipsis etiam Imperat. Germanicis ex autore *Hodæporici S. Willibaldi tom. 4.* aut in alium usum erectum fuisse, fortè, quòd rei illic supplicio affecti, aut in duello perierant, vel vias etiam monstraret, postea ad signum iudicii & jurisdictionis tractum fuerit, observat Joh. Gryphander de *Weichb. Saxon. c. 66. n. 14. seq.* quâ de re in *vocabulario antiquo* in verbo Weichbild ex *Henischii Thesauro sub voce Bild* hæc verba citat: Und ist vor Alters dabey bedeytet gewesen/ daß man ein groß hölzern Creuze in einer Stadt oder Flecken hat auffgerichtet/ darauff eine Hand oder Schwerdt gesteket/ zum Zeichen der Gerichte über Hals und Hand. Et antiquæ hujus crucis vestigium se Naumburgi in loco immunitatis (auf der Freyheit) conspexisse testatur, add. *Martin. in Lex. Philolog. sub. voce Wick.*

V. Sunt,

V. Sunt, qui hybridam hanc vocem faciunt, & primum compositionis membrum *Wick*, à voce græcâ *βικος*, vicus, derivant. Sed Henricus Stephani Græcæ lingvæ peritissimus, Scapula, aliiqve viri docti vocem istam eo in significato ignorant, adeoq; meritò cum Gryphiandro *d.tr.de Weichbildis c.7 2.n.9.* eam rejicimus, præsertim cum Germanæ vocis non desit Germana origo, nec ulla cogat necessitas, pro genuinâ ac legitimâ germanâ vocem spuriam confingere, ut monet sæpius laudatus Schottelius *in d.tr.c.9. §.6.*

VI. Propius ad rem accedere videtur Gryphiander *d.tr.c.7 2.n.9.* qui à voce *Wick* s. *Wich* *Weichbildum* nostrum deducit. Quamquam in eo non mereatur Schottelii assensum, quod vocem illam latinam putet à Germanis postmodum ad usum suum detortam, ita ut *Wick* idem dicatur, quod latinis vicus est. *Wick* enim genuinam, & antiquissimam vocem Teutonicam esse Germanis vetustissimis notam, & in suo usu antequam ullus sermonis latini sonus in Germania innotescere potuerit, idem contendit *in tr.de antiqu. Germ.jur.d.c.9. §.1.*

VII. Quare cum Germanæ originis vocem isthanc esse superius evicerimus, meritò Schottelium sequimur, ac *Weichbildum*, vel ut olim pronunciare soliti sunt, *Weck* vel *Wickbildum* ab antiquâ Saxonum voce *Wick*, quæ vicum, urbem, civitatem, vid. Matth. Mart. *in Lexic. Philolol. voce Wick.* & *Bild*/quod statuam notat, deducimus, sicq; quasi statuam civitatis seu indicinam districtus seu territorii urbis dictum fuisse existimamus. Saxones enim, quibus hæc vox magis frequentata, quando *Wich* pronunciant, Germani superiores elegantiae studentes, suo more e interserunt, terminationemq; mitigant, & pro *Wich*-vel *Wickbild*, *Weichbild* dicunt. Inde plures civitates denominatæ *Braunschwig*/quasi Brunonis vicus, *Osterwig*/*Schleswig*/ &c. item propria Saxonibus usitata nomina, ut *Wieprecht*/quasi *Wichrecht*/ Jus civitatis, *Wichart*/ & inversè *Hartwich*/ cor civitatis, *Wichmann* vir civitatis, *Ludwig* quasi refugium, urbs populi. Pontan. *3.orig. Franc.7.* Jo. Gryphiander *d.l.n.8.* ibiqve citati *Witich. l.2. annal.* Heinr. Meibom. *in Historiâ Bardovici* add. Martin. *in Lex. Philolog. voce Wick.* Jo. Gryphiand. *d. VV. §.o.7 2.n.8.* Christ. Besold. *de jur. Univers. cap.1. §.4.*

VIII. Aliam quidem derivationem affert glossa *Weichb. art.9.* à voce *weich*/ quasi dictum sit, *weichet dem Bilde*/ dieweiln man bey einem solchen Bilde / gleich wie heutiges Tages bey denen Marckt-Steinen/ wieder zurücke weichen muß / und einem andern nicht weiter in sein Gebieth

bieth greiffen darff. Alii quasi Weichbied dictum putant, idque ideo, diuiciln das Recht so weit gehet/als das Gebieth/ quo spectant notata im Sächs. Weichbild-Register / ubi Weichbild dicitur so weit ein Gebieth umb eine Stadt ist/ Gylmann. tom. 1. Symphor. p. 1. t. 2. p. III. n. 155. 156. Schurff. Consil. 25. cent. 1. Quemadmodum hodieque passim cernimus ejusmodi statuas, cruces, signa &c. poni ad terminos territorii, iisque fines jurisdictionis significari, de quibus vid. Schottel. d. tr. de ant. Germ. jur. c. 10. Von Weichfried Recht/ §. 1. Quas ipsas tamen & similes, non pro veris etymologiis, sed allusionibus saltem, rem tamen ipsam non malè exprimentibus, agnoscimus, argumento eorum, quæ superius ad §. 3. h. Cap. diximus. Add. arg. pr. J. de testam. ord. pr. 7. quib. mod. re contr. obl.

IX. Circa posterius membrum compositionis vocis Weichbildi notandus Jo. Sibrandi error in comment. ad Statuta Lubecensia p. 1. Sect. 11. n. 6. qui hanc vocem Wickbeld legens ex *Wick & Beld* componit, quasi dicas *bellum vicum*, ut ita loci amœnitatem denotet. Quod per superius dicta recipi non potest. Sanè vocabulum *bellus* Latinis hætenus relictum est, Weichbildi autem vocem ex veteri Saxonum idiomate constare ipse Sibrandus fatetur, ut ita γυναικας Germanis vocabulis Latinas etymologias affingere non immeritò cum Schottelio & Gryph. d. l. n. 12. erubescere debeamus. Et fortasse errori huic occasionem præbuit varia vocis Weichbildi scriptio, quod aliquando *Wickbeld*, *Wickbold* / it. *Wickbeled* scriptum reperiatur, quo posteriori modo in rescripto à Marchione Ottone Lipsiensibus datò, legitur apud Schneiderum in Chron. Lips. lib. 3. p. 88. à terminatione enim corruptâ & depravatâ, sive vitio librariorum, sive ex imperitia linguæ Germanicæ, ad etymon vocis verum mala est illatio, cum in antiquis & sinceris documentis præsertim in jure Saxonico semper Weichbild / & Saxonice Wickbild legatur.

X. Hæc de Weichbildi etymo. Cæterum vox illa modo propriè accipitur, modo tropicè & metonymicè. Propriè accipitur pro effigie seu statuâ Civitatis, per ea quæ hætenus : Metonymicè, quatenus tum certi alicujus Juris, tum territorii ac huic annexorum jurium signum perhibetur, in illo sensu Rolandi nomine indigitari solet, unde etiam Gryphiander *Wickbild* & *Roland* pro Synonymis habet tr. de *Wickbildis Sax. c. 71. n. 1.*

XI. De quo Rolando, seu statuâ potius ex vulgi opinione Rolandi effigiem repræsentantibus, cum autorum diversæ extent sententia,

tia, tum quoad originem, tempus & occasionem nominis & positionis, tum quoad intentionem & indicium positarum, operæ pretium existimavi, hic quædam de iis in medium proferre, maximè cum & hujus rei notitia non parùm conferre ad penitiorum intellectum materiæ, quam tracto, videatur.

XII. De priori & nominis scilicet occasione quatuor potissimum sententiæ celebrantur. Prima vulgaris est & communis antiquorum, ortumq; à fabulâ quadam traxit, confictâ à Turpino quodam ficti nominis autore, Rhemensis Archi-Episcopo falsò dicto, fabularum patre, Gryphiander *d. tr. c. 13. n. 1. & 14.* Is à Rolando, quem Caroli M. ex sorore filium, & belli Ducem maximè strenuum fuisse asserit, in cujus honorem statuas istas poni, indeq; appellari etiam voluerit Imperator, nomen traxisse commentus est, sequuti sunt Erpold. Lindenbrogius in *Chron. Caroli M. fol. 156. & 296.* Georg. Fabric. *de origin. Saxon. l. 7. p. 785.* Jo. Brotuff. *l. 1. Chron. Mersb. & Dresserus in Chron. Saxon. p. 405.* Joh. Pomar. *in Chron. Saxon. p. 458.* vid. Dn. Strauch. *diff. Exot. 1. th. 20. p. 27.* Casp. Klock *tr. de contrib. c. 5. n. 92.* Sed omne isthoc falsum fictumq; esse, tum Eginhardi testimonio, primi earum rerum gestarum scriptoris, & qui Carolo M. coævus & à manu fuisse legitur, Albert. Abbas Stadenf. *Chron. fol. 70.* & unicam Carolo Imp. sororem Gislam fuisse, illamq; haud nuptui collocatam, sed religioni dicatam decessisse tradit, quem personatum istum Turpinum legisse, multaq; ex ipsius historiâ mutuatam fabulis corrupisse docet Gryph. *c. 14. n. 2.* tum aliis falso ab eodem Turpino traditis & fabulosis quam plurimis, tum variatione autorum circa ejusdem Rolandi arma, mortem, sepulturam, tum deniq; confusione Rolandi istius ducis bellici, qui tempore Caroli M. præfectus littoris Britannici fuisse, & fortiter pugnando in Hispania ad montem Pyrenæum Anno 778. ante devictos à Carolo Saxones occubuisse traditur. vid. ex Eginardo *Wagener in Chron. Carol. c. 5.* cum isthoc Rolando, cujus statuæ modernæ debent esse indices, latè ostendit Gryphiander *d. tr. c. 4. 5. 6. seqq.* & concisus Dn. Jo. Fr. Rhetius Antecessor Viadrinus in *Disp. de statu Rolandinis in urbibus & vicis quibusd. Germ. jurium aliquorum indicibus. cap. 1.*

XIII. Altera sententia est Goldasti, qui in responso olim Magdeburgensibus reddito relato à Gryphiandro *c. 71. n. 3.* nomen isthoc Rolandi non proprium esse sed appellativum quasi Rugeland compositum ex rugen oder ruen / und Land / denn rugen heist so viel bey denen alten

B

Teus



Teutschen/ als agere, accusare *gloss. spec. Saxon. ad art. 2. lib. 1. circa fin.* quo  
 etiam inclinatur Schottel. *d. l. c. 9. §. 9.* ubi Lutherum rectè Græcum illud  
*παρρησιαστικόν* vertisse ait rugen *Matth. 1. v. 19.* id est, diffamare. Unde  
 etiam Rugen dicuntur summaria accusationes & delationes leviorum  
 criminum, quæ in denen Jahr- Gerichten pflegen vorgebracht zu werden/  
 & à Nobilibus ac dominis Jurisdictionalibus ipsis plerumque decidun-  
 tur, aut, quod in præfecturis præprimis & quæsturis Electoralibus Saxo-  
 nicis receptum est, Scabinis Electoralibus transmittuntur, eorumque  
 decisum petitur, quod paucissimis etiam verbis actis addi solet, quem  
 processum vulgò vocant Rugen-Process, Rugengericht. quo de vide  
 Carpz. *in Proc. for. Sax. tit. 1. art. 1. §. 6. n. 67. 68.* add. *Württembergische*  
*Landes-Ordnung p. 232. seqv.* citat. Schottel. *d. tr. p. 276. seqv.* ubi plura  
 von Ruge Gerichten. Inde *Ruggravi* quoque nomen, qui dicitur non  
 quasi asper seu hirsutus comes, sed quasi *Ruge gravius*. Das ist/ ut explicat  
 Besoldus *in thesaur. pract.* sub voce *Ruge/ Gerichts Grave/* und allen cir-  
 cumstantien nach muß *Ruggrav* gewesen seyn/ quasi quidam Advocatus  
 aut procurator Imperatoris vel Regis, durch den/ oder in welches Na-  
 men/ die Fiscalische Sachen und Bussen in denen Jahr-zeitlichen Gerich-  
 ten accusirt und fürgebracht worden/ *ut in pœnas LL. sancitas condemna-*  
*rentur.* add. *Dn. Strauch. Diss. Exot. 1. th. 26. inf. p. 40.* Ita vox *Ruwart*  
*Rugwart/* custodem juris & justitiæ denotat, ut in vetustissimis Belgii  
 monumentis invenitur: Wie der Prinz Wilhelm von Uranien bey  
 dem Kriegswesen/ im Niederland im Jahr 1577. von der Provinz Bra-  
 band sey zu ihrem Ruhwart erwehlet worden. *Metteran. l. 7.* quo ipso  
 sensu hodieque vocem isthanc in eodem Belgio usurpari nomen Cornelii  
 illius à Witte à seditiosâ plebe nuper miserè trucidati, quem Ruart von  
 Büttten vocant, loquitur.

XIV. Fateor equidem probabilem hæc allusionem facere ad  
 vocabulum Rolandi, sed certitudinis alicujus indicium ex dicto Golda-  
 sti loco vix apparet: præsertim cum dubium admodum sit, nec proba-  
 tum hætenus satis, statuas hujusmodi primò solius Jurisdictionis vel  
 loci, ubi eadem exercetur, fuisse indices.

XV. Tertia Gryphiandri est opinio, quasi istud, quod Weich-  
 bildum denotaverit antea, vulgus sic à Statuarum proceritate, vel quod  
 ex priori impositione vocabulum pronunciatu difficilius Rolandum  
 appellarit: quemadmodum etiam Germani vastum & procerum ho-  
 minem conspicientes magnum Rolandum dicere soleant: *c. 73. n. 7.*

Ve-

Verum Statuas omnes istas ante Weichbildos dictas esse, non alibi forte, quàm in civitatibus Saxonis, & quæ postea Saxonicum jus receperunt, procedit: cum tamen aliæ civitates diu ante Saxonicas hujusmodi statuis fuerint gavisæ. Rhet. d. Diss. c. 2. n. 24. 25. Ut dubium proinde sit, undè hoc nomen aliis, præterquam Saxoniarum urbium statuis inditum fuerit? Et ipse Gryphander fatetur seculo demum duodecimo Weichbildi vocabulum cum re innotuisse, cum tamen ejusmodi statuas jam ante istam ætatem extitisse tot non spernendæ fidei testimonia doceant. Quod autem Weichbildi pronuntiatio durior sit, quam Rolandi, penetrare equidem non possum, certè illius, tanquam vocis Germanicæ pronuntiatio facilior quam Rolandi, in vulgus non ita tum notæ, esse potuit. Taceo quod nec fundamentum in fide historicâ habeat fabulosa ista Rolandi statura, quem justam hominis mensuram non adeo excessisse ex historia Francisci I. Gall. Regis ex captivitate Hispanicâ Blaviam divertentis, & hujus Rolandi arma induentis patet, quam memorat Camerar. l. 1. med. histor. 82. Veritati proin propius est homines à statua potius hujusmodi hominis mensuram excedente, à Rolando, viro ex falso Turpini figmento justam hominis staturam excedente, appellatâ, Rolandos vocatos, quam à ~~Rolando, cujus statua ad plebem rudiori isto seculo transisse, vix credibile est~~, statuas istas Rolandinas salutatas fuisse, ut eruditè docuit laudatus Rhetius d. dissert. c. 1. n. 39. 40. ex Dresseri Chron. Sax. p. 404. quemadmodum alias quoque res eximix & insolitæ magnitudinis Rolandos appellari consuevisse vel ex eo patet, quod ex inscriptione cujusdam campanæ prægrandis in urbe Gandavenfi Rolandi nomine insignitæ observavit sæpè citatus Schottelius d. l. p. 285.

XVI. Probabilis hoc in negotio sæpius hætenus laudati Rhetii videtur opinio, statuas has initio honori Heroum Imperatorumq; positas primo quidem ligneas, ut ex Dressero Chron. Sax. p. 404. verb. Eichen Holze colligere licet, postea verò pluvix tempestatisve injuriâ collapsas lapideas factas fuisse: Cum autem ex subscriptione vel nullâ appositâ, vel antiquitate temporis obliteratedâ, illarum memoria non appareret, ex Turpino huncqve sequentibus Chronicis denominationem à Carolo Magno ejusqve fictio ex sorore nepote Rolando accepisse. Quæ fabula ab Incautis arrepta, ad nostra tempora translata fuit. Id quod ex vario habitu istarum statuarum, de quo etiam videri

Coniiori  
nium sta

potest Gryphiander *c. 69. n. 15. 16. seqq.* & aliis fabulosè de rebus Saxo-  
num relatis ibidem ostendit.

XVII. Hinc facilè erit judicare de occasione positarum hujus-  
modi Statuarum: Primum nempe Carolo Magno aliisq; Imp. Franci-  
cis positas eas esse, tam in immortalis gloriæ partæ signum, quàm quod  
hæc ipsa loca Caroli Imperio subjacerent, à Saxonibus maximè in sum-  
mæ ab omnibus deprædicatæ clementiæ memoriam, qua durioribus tri-  
butis jam victos liberaverat. Quibus tamen, ut dictum, ex falsâ vulgi  
persuasione inditum successu temporis Rolandorum nomen. Quo au-  
tem præcisè tempore hoc eis nomen inditum fuerit, certo determinare  
non audeo. Neq; tamen Gryphiandro *c. 72. §. ult.* fidem tribuo, qui  
idem ante Caroli IV. tempora non invaluisse ait: cum Privilegio isto,  
quod Henricus V. Imp. Bremensi civitati Anno M C XI. in eoq; diser-  
tis verbis Rolandi statuam clypeo & armis imperialibus exornare con-  
cesserat, refutetur, vid. Goldast. in der kurtzen deduction von der Stadt  
Magdeburg Freyheiten *c. 4. cit. Dn. Strauch. Exerc. Exot. 1. aph. 26. p.*  
*40.* quemadmodum nec eidem assentiri possum in eo, quando primum  
has statuas in honorem Saxonum Impp. positas, earumq; initium in  
Saxoniâ Magdeburgum fecisse ait *c. 69.* cum & longè ante ista tempo-  
ra tales extitisse constet, ut latè probat Rhetius *d. diff. c. 2. n. 15.*  
*seqq.*

XIIX. Quid vero indicaverint Rolandinæ istæ Statuæ, & an cer-  
torum jurium fuerint indicinæ, majoris equidem controversiæ res est.  
Non sine causa positas olim fuisse, credibile est. Et in honorem Caro-  
li Magni positas fuisse, in antecedentibus asserui, subjectionis autem  
fuisse indicinas nunc sustinebo. Testis erit Lindebrogius in *Chronico*  
*Carol. M. fol. 269.* Wie Kaysers Carl die Sachsen bekriegen thât / da  
hat er ihnen das grosse Bild setzen lassen / damit er anzeigen / daß solche  
Städte unter des Kaysers Gewalt und Schutz wären. Et sic statua  
Weichbildica seu Rolandina notabit vicum aut civitatem antiquam &  
immediatè quondam Imperio subjectam. Nam cum illâ ætate nec  
Principibus nec Comitibus territorialia jura innotuissent, militibus au-  
tem primariis integra jam territoria & provinciæ ingruente feudorum,  
jure concederentur, v. Thom. Franzius in *orat. pro Carolo Magn. de feud.*  
*orig. Struv. Synt. feud. c. 1. th. 3. n. 6.* Ritter Lucubrat. *feudal. c. 1. §. 3.* no-  
biliiores tamen vicos & villas sibi ac Imperio immediatè subjectas reti-  
nuisse Imperatorem, credibile est. Myler. ab Ehrenbach *Archolog. c. 17. n. 1.*  
cum



cum autem in his vicis statuas tales fuisse positas, monumenta varia exhibeant, probabile omninò est, Imperatori fuisse positas, & proin Imperii notas. Ac primum quidem in vicis limitaneis, postea quoque in aliis civitatibus, sive æmulandi studio, sive jussu Impp. positæ, tandem jure superioritatis territorialis ortò cum civitates in Principum dominium migrarent, & quædam opibus & civium copiâ excrescerent aut proprio ausu, superiorum conniventia, aut ex concessione principum peculiare sibi hujusmodi statuas posuerunt, quo, cum non amplius immedietatis signa existerent, factum, ut precibus impetraretur ab Imperatoribus appositio insignium Imperii, unde inter cætera immedietatis signum apparere possit, ut ex Dresseri *Chron. Saxon. fol. 404.* & scripto confirmationis Privilegiorum civitatis Bremensis, quod ex Goldasto citat Strauch. *diss. exot. 1. tb. 26. p. 40.* patet. Quanquam nec inde certa immedietatis durantis nota capi potest, multis à principibus civitatibus, antea immediatis, subactis, nisi alia quoq; concurrant pristini juris adminicula, quod vel ipsum colligere licet ex assertione libertatis Bremensis anno 1646. publici juris facta p. 561. Unde etiam initio statuas has vicorum aut civitatum antiquarum, & imperio *quondam*, nisi jura sua adhuc tueantur, immediatè subjectarum indicium dixi. v. Casp. Klock. *tr. de contrib. c. 5. n. 94.* Schottel. *de ant. Germ. Jur. c. 9. p. 280.*

XIX. Non ergo per omnia assentiri possum Goldasto in cit. super. rescr. Magdeb. verb. *ÿst derohalben statua Rolandi nichts anders zc.* Dauthio *in hypotyp. contra Knichen sect. 8.* Gryphiandro *c. 78. n. 17.* aliisq; qui statuas istas primum in jurisdictionis, aut mercatus, aut pacis publicæ, aut juris municipalis, aut deniq; nescio cujus libertatis seu avto-  
cratias signum positas fuisse commenti fuerunt. Quanquam enim, quod illi præsupponunt, negare nequeam, missos seu Comites regio sub Impp. præsertim Francicis jurisdictionem & judicia in locis, ad quæ delegati erant, exercuisse, & cum sub dio id fieret, certa signa sive arboris, seu lapidis, seu perticæ, seu etiam crucis lignæ posuisse, ut sciant subditi, quo in loco convenire deberent, vereor tamen, ut ejus rei gratia postmodum Rolandinas illas statuas positas fuisse, asserti debeat, præsertim cum quando ad certas villas & civitates transiit jurisdic-tio, signis taliusmodi amplius non fuerit opus, cum quorsum juris experiundi causa eundem, certum tum fuerit, & ante extructas ab imperii principibus civitates, hisq; tributam vi juris territorialis, quod Caroli Magni

tem-

tempore principibus nondum competebat, jurisdictionem, Statuæ istæ Rolandinæ jam tum extiterint. Taceo, quod in quibusdam villis exiguæ nominis videre sunt, quæ jurisdictionis nomine nec hodiè fruuntur, nec unquam fruitæ sunt. Nulla etiam est consequentia, in aliquibus locis ad statuam Rolandi exercentur publica judicia, quod Halæ Saxo- num & in aliis paucis civitatibus contingit, ergò istæ statuæ ob id positæ fuerunt, pari enim facilitate dixerò, quod butyropolia sæpe ad ejusmodi locum restricta reperimus, ejus quoq; rei gratia istas constitutas fuisse. Quo verò modo gladius in statu is istis meri imperii signum perhibetur, eo & magis probabiliter, imperii in territorium indicium esse, affirmabo, quod etiam in numero antecedente asserui. Mercatus quorundam signa certa statui solere, olimq; ex concessione Dominorum territorialium fuisse posita, non adeò Gryphiandro negabimus, inde tamen non statim sequitur, primum statuas istas Rolandinas, in signum mercatus fuisse positas. Idem de perticis illis, quæ pacis publicæ, aut alterius juris cujusdam indices fuisse, perhibentur, de quibus vid. Schottel. *de ant. Germ. jur. c. 10. von Reichsriden.* dicendum, nempe nec inde statui posse, in harum delectarum locum statuas has transiisse, omnino legitimo fundamento, quo hæc sustineatur sententia, deficiente.

XX. Multo minus avtocratia seu libertatis ullius possunt esse indices. Nam post Caroli M. tempora eadem subjectione, & multo adhuc addictius Impp. paruisse civitates, quàm hodie provinciales suis principibus, testis est Mylerus ab Ehrenbach in *Archolog. c. 17. n. 7.* A tempore verò Heinrichi IV. Imperatoris, ob summam fidelitatem, quam Imperatori contra Principes præstabant, earum multæ jure avtocratias potitæ, & Regiminis publici in comitiis participes factæ, non à solo Imperatore, sed consensu omnium statuum, Lehmann. in *Chron. Spirens. l. 4. c. 3. fol. 280. 281.* Quod si ergò libertatis jus circa Heinrichi IV. tempora demum viguit, quomodo ex statu is Rolandinis, quarum quædam tempore Caroli M. positæ probabiliter feruntur argumentum accersetur? vid. quæ ex Leubero & Zeilero de civitatibus Magdeburgensi & Hamburgensi latè adducit Schottel. *d. tr. c. 9. p. 280. seqq. add. Casp. Klock tr. de Contribut. c. 5. n. 95. & Burgold. in Not. Imp. Disc. 21. ad Pacif. Osnabr. art. 3. membr. 4. §. 8. seqq.* Minus multo sequetur, quod Rolandina statua in foro publico plenæ, sub tegumento divisæ libertatis nota sit, ut Knichen statuit, ad *Hypot. Dauh. sect. 8. vid. hæc omnia latius deducentem Dn. Rhetium, in d. Dissert. de statu is Rolandinis, quem hæctenus in plerisq; sequi volui-*

voluimus, cum historiam illarum statuarum ex antiquis monumentis & scriptoribus commodissime explicasse deprehendamus.

XXI. Sed hæc de Rolandinis statuis satis. Dixi autem superius Weichbildi vocem sæpe certum aliquod jus denotare. Intelligo *Jus Weichbildicum Magdeburgense*, quod communiter sub voce *Weichbild* efferri & citari Doctoribus Saxonis solet. Ubi tamen vitandarum variarum, quæ hic quoque occurrunt absurditatum gratiâ, non incommodè distingvere possis, inter ipsum Jus Weichbildicum, quo urbs Magdeburgensis, aliâq; tam in Saxoniâ, quam extra eam usæ sunt, & librum, qui de eo jure conscriptus sub nomine *Weichbild* hodiè extat. Ipsum quidem jus Weichbildicum jam à tempore Ottonis Magni ortum trahit, qui crebris Slavorum ac Ungarorum irruptionibus devastatam ac ad formam pagi redactam urbem Magdeburgensium ad instantiam Egittæ uxoris variis Privilegiis donavit, & ut jure suo proprio ac municipali regeretur, clementissime concessit. Matth. Culer. *in orat. de orig. & process. jur. Sax. præfixâ tract. de process. executiv.* quod ipsum jus Magdeburgense processu temporis, & antequam ille qui hodiè extat liber, ederetur, literis exaratum in manibus fuisse, admodum credibile est, siquidem jamdum anno 30. seculi 13. vel anno 83. in Prussia & Poloniae Urbes & anno 58. Hamburgum commigrasse legimus. vid. Conring. *de O. J. Germ. c. 29.* Rhet. *in cit. Disp. c. 3. n. 39. 40. seqq.* Appellationem autem Weichbildi inde accepit, quod proprium Magdeburgensium & municipale jus erat, seu proprium jus territorii seu districtus Magdeburgensis, quem Weichbildi appellatione denotari in seqq. audiemus, Germanis dicitur *Willführ/ Stadtrecht*. At Liber iste, qui hodiè sub Weichbild nomine celebratur, circa initium seculi 14. privatim exaratus est, & quoddam quasi compendium è Saxoniarum legum medullis extractum, eorumque quæ in tribus libris des *Landrechts* oder *Sachsenspiegels* (quos Ekhardus à Repkau ex legibus anterioribus & popularibus consuetudinibus, ac de jure sententiis hætenus non scriptis latino sermone collectos, postea rogatu Hojeri Comitis à Salckenstein rursus in Germanicum transfulerat, privataq; autoritate ediderat. vid. Colerus *d. l.*) obscurius aut fusius habentur, contractius & brevius explicatorum nucleum continet. Quamvis autem quidam illum Ottonis Magni aut Ruffi tempore exaratum fuisse contendant ex epilogo illius libri, qui annum 900. exhibet, nulla tamen fide historicâ nituntur, & falsitatem istius epilogi, aliasque autoris ejus fabulas eruditè excussit Dn. Herm.

Con-

Conringius in *laudato de O. Jur. Germ. opere cap. 18. § 19. add. Haig. p. 1. q. 3. n. 65. Gryph. de VV. S. c. 52. & D. Benjamin Laubern in pecul. tr. von der Stadt Magdeburg gerühmten alten Privilegiis, so wol was von denen dreyen bekanten Büchern/ Sachsenrecht/ Weichbild/ und Lehnrecht zu halten.*

XXII. Antequam hinc abeam, illud obiter observo, non eandem juris tum Weichbildici tum Landrechts esse in foris nostris auctoritatem, quæ civilis Justiniani est: ita ut qui lege aliquâ Justinianâ nititur, licet ejus observantiam non probet, tamen causam tamdiu habeat fundatam, donec adversarius jus posterius monstrat contrarium, *arg. O. C. p. 1. tit. 13. pr. § tit. 57. p. 2. tit. 31. inf. p. 3. tit. 54. pr. R. J. de anno 1654. §. 77. § 99. Ord. Jud. Imp. aulic. tit. 1. 5. § ult. in fin. Lauterbach Exerc. 1. Conclus. forens. 1. Malcomes. ad Wesenb. tit. de LL. p. 40. sequ.* Aliter comparatum est cum dictis Juris Sax. libris, qui eatenus saltem vigent, quatenus usu comprobati, & consuetudine in foro recepti, adeo ut de juris istus observantiâ, qui in eo se fundat, docere debeat. *Vid. Carpz. Decis. 101. n. 5. 6. ut adeo rectè scripserit Hartm. Pistor. l. 1. q. 16. n. 11. ejus cognitionem ex usu magis forensi, quàm iis, quæ scripta nobis sunt relicta, comparari posse. add. Georg. Schulz. in hist. Jur. Saxonici.*

XXIII. Denique Weichbildi vox pro *Jurisdictione & territorio* accipitur; Sic enim legitur in vocabulario antiquo Saxonico: Weich heisset so viel nach alten Sächß. Deutsch/ als Jurisdictio, Gericht/ Gebieth: *sc. per metonymiam subjecti, [vici, urbis, quam vox Wick/ Wich/ Weich/ notat] pro adjuncto [jurisdictione vel territorio ejus]* Weichbild heist als weit ein Gebiet umb eine Stadt ist! *sc. per metonymiam signi pro signato: Godofr. ad l. 3. C. de fabricens. lit. a. Zalius 2. Cons. 6. n. 17. ita Glossa ad art. 9. Weichb. Weichbild heist so viel als ein Gebieth/ denn das Recht gieng so weit als sein Gebieth was. Denn einer ieglichen Stadt Gebieth gehet so weit als ihr Stadt-Recht außweist. gloss. ad art. 12. LandR. Ita in Statutis Lubecensibus apud Sibrandum p. 1. sect. 9. Das Lübische Recht erstrecket sich in unserer Stadt / und in denen Städten, da Lübisch Recht gebrauchet wird/ so ferne als Unser und Ihr Weichbild / Feldmarck und Landwehr reicht / Ita in Statutis Bremensibus passim pro territorio urbis accipitur ut art. 12. 14. 18. &c. binnen unsern Weichbild. Et in transactione quadam civitatis Brunovicensis de anno 1445. indigitatur Senatus universalis, in allen fünff Weichbilden/ in tot enim partes seu territoria dividitur civitas Brun vicensis. Jo. Gryph.*

Gryph. de *V. S.* cap. 75, n. 14. Et hoc sensu nobis hoc loco vox Weichbildi veniet, & pro Synonymis agnoscit *districtum, territorium, Gebiethe/ Gerichte/ Flur/ Kreyß/ Pflüge/ Bezirk/ Gränze/ &c.* vid. Besold. in *Theil. Pract. sub voce Stadt.* it. Schottel. in *tr. de antiqu. Germ. jur.* c. 11. von *Stadt-Recht.* Hieronym. de Monte *tr. fin. regund.* c. 6. & 7.

## CAPUT SECUNDUM, Exhibens realem Weichbildorum Enarrationem.

XXIV.

**H**ÆC de nomine Weichbildi. Nunc rem ipsam considerabimus. **WEICHBILDUM** est universitas prædiorum agrorumque certis finibus inclusa, & juribus civitatis aut etiam jurisdictione à Superiore munita, ad hoc, ut de certis civitatis terminis constare, & à finitimorum territorio discerni possit.

XXV. Generis loco *Universitatem* posui, secutus Pomponium in *l. 239. §. 8. de V. S.* ubi territorium, quod Weichbildi nostri Synonymum dixi, ita definivit. Dicitur autem universitas corpus, ex pluribus individuis constans communi nomini subjectis, vid. Dn. Amad. Eckold, *ad tit. ff. quod cujuscunq; univers. nomine §. 2.* & refertur vel ad res, vel ad personas. Personarum universitas, quam dicunt corpus, ex distantibus personis unitum, communibus legibus ad communem utilitatem utens, ut est publicanorum, naviculariorum, pistorum &c. huc non pertinet, sed ad *d. tit. ff. quod cujusque univ. nom.* Rerum duplicem facit universitatem Henning. Wegener, *ad dict. l. de V. S. n. 8. & seqq.* facti scil. & juris. Illa est, quæ factò constituitur, quatenus res plures conjunctim seu universim accipiuntur: cujus exempla possunt constitui grex, acervus granorum, *§. 28. J. de R. D. l. 30. in pr. ff. de usarp. & usucap.* quæ tamen in jure Universitatis nomen non meretur: Hæc, quæ à jure constituitur, & non tantum plures res, sed & plura jura comprehendit, ut puta hæreditas, peculium, *l. 1. §. 1. quor. bonor. l. 1. l. 56. de R. V. l. 1. in pr. de interd. l. 20. §. 10. de hered. pet.* Georg. Frantz. *ad tit. ff. de pecul. n. 3.* Wolfgang Adam Lauterbach, *ad ff. dict. tit. §. 1. n. 1.* Pac, *in Isag. ff. de pecul. Dos l. 4. §. 1 de dote præleg. l. 1. pr. de impens. in res dot. fact.* Joh. Strauch, *diss. 3. aph. 2.* Wilhelm. Ludvv. *ad ff. de jure dot.*

C

dot. p. 427. territorium, h. e. districtus jurisdictionis, in quo magistratus jus terrendi habet, & jus dicendi exeqvendiq; d. l. 239. §. 8. adde Joh. Goedd. Alber. Gentil. ad d. l. & hoc sensu nobis universitatis vox venit. Cætera definitionis verba tum causam efficientem & materiam, tum formam ac finem Weichbildorum indigitant, quibus perspectis, recensione effectuum quorundam & dissentaneorum totum hoc caput obsignabimus.

XXVI. Causam efficientem Weichbildi voce *Superioris* innui, Superior mihi hinc est, tum qui majestatem, tum qui jura seu Superioritatem territorialem habet. Et majestati quidem facultatem concedendi Weichbildi non immeritò adscribo, cui ipsi etiam jus civitatem, dandi, à quo præsens nostrum dependet, passim tribui à Jurispublici Doctoribus video. Quod ut eò melius pateat, paucis originem juris civitatis in Germaniâ repetemus, quæ non aliundè quàm ab Heinrici I. Imperatoris, Aucupis dicti, tempore petenda videtur. Nam sub Carolo quidem Magno oppida munita non fuere, sed potius Villæ vel pagî & castra seu arces, in his nobiles, in illis reliqui homines degebant, id quod tamen de Germania Magna, non trans Rhenana, cum Hermano Conringio *dissert. de urb. Germ. §. 16. seqq.* exaudio, in qua seculo IX. ne unica quidem Urbs memoratur, nimirum in tota Saxonia, Westphalia, ac in omni illo tractu inter Visurgim, Albim & Salam. Schottel. *de ant. Germ. jur. cap. 11. §. 12.* Burgold. *in not. Imper. p. 1. disc. 21. membr. 4. n. 9.* Primus Henricus auceps, ex Saxonia oriundus, centum annis post cepit primus & munire & fundare urbes Saxonicas, & concessit jura civitatis, ut & alia privilegia ad annonæ & Mercaturæ commoditatem promovendam. Lehm. *Chron. Spir. lib. 7. c. 1.* Gryph. *de Weichb. Sax. cap. 34.* Spangenberg. *in Chron. Sax. c. 119.* Quemadmodum & ejus Successorem Ottonem I. quem Magnum vocant, Magdeburgensibus civitatis jura concessisse superius diximus. add. Burgol. *loc. cit. n. 10.* Atq; hinc Imperatoris quidem solius fuit, civitatis jura largiri.

XXVII. Successu temporis Principibus ac aliis Imperii statibus Superioritas territorialis, jus & potestas, summi post Imperatorem imperii ac regalium, cepit competere, maximè Ottonis III. tempore, vi cuius, cuivis principi aut statui tantum in suo territorio permissum quoad subditos suos, quantum Imperatori in Imperio, vid. Myler. ab Ehrenbach *in Archol. c. 9. §. 2. 3. & in tract. de princip. Imperii German. part. 2. c. 36.* Andr. Knichen *de jure territor. c. 1. n. 196.* Bern. Sutholt *de jurisd.*  
aph.

aph. 403. Dominus Veit Ludevig von Seckendorff im Deutschen Für-  
sten Staat cap. 1. § 2. Schulenburg in disp. quilibet status tantum potest in  
suo territorio, quantum Imperator in Imperio apud Ahasv. Fritsch. Tom.  
2. exercit. juris publ. disp. 9. Burgold. in not. imper. p. 1. discurs. 20. n. 16.  
Post quæ jura territorialia acquisita principes quoque urbium extruen-  
darum potestatem sibi sumpsisse, nec Imperatoriâ autoritate præcisè e-  
guisse, credibile est, nisi in majorem splendorem, & in integro imperio  
valorem humiliter impetrâsse putemus.

XXVIII. In quo tamen negotio plurimos video dissentientes,  
qui etiam post introductam in Germaniam Superioritatem territoria-  
lem justamen civitatis dandæ soli Imperatori tanquam reservatum  
quoddam adscribunt, quam in rem allegant mandatum illud inhibito-  
rium, Maximiliani I. Imperatoris anno 1514. d. 6. Febr. ad Albertum,  
Mansfeldiæ Comitem, directum, cum prope Islebiâ vico cuidam jus  
civitatis dare vellet, cui hæc fuerunt verba inserta: Wenn nun dir/  
noch iemand anders/nicht geziemet/ Stadt-Recht oder anders/ das der  
hohen Obrigkeit anhanget/ohne sondere Erlaubniß auffzurichten/ so bes-  
fehlen zc. vid. Joh. Limnæus lib. 2. de jur. publ. c. 2. n. 128. Wilhelm Be-  
cker. in jur. publ. c. 4. §. 16. Paul. Matth. Wehner. in observ. Pract. pag.  
623. Besold. thes. Pract. fol. 900. Caspar Ziegler sen. ad Calvoli auream  
Praxin §. civitas, Proem. n. 14. Th. Sprenger Inst. Jur. publ. c. 22. p. 91.  
Philippus Knipschild de liber. Imperii Civitat. l. 2. c. 6. Joh. Jac. Speidel.  
in Specul. Jurid. p. 1181. Dan. Otto in Jur. publ. cap. 22. Thomas Mi-  
chael de Jurisd. th. 12. lit. c. Georgius Obrecht de regalibus th. 190. Justus  
Synold Schütz. coll. publ. de statu Rer. Rom. Vol. 2. disp. 1. th. 15. lit. a. Herm.  
Hermes fascic. Jur. publ. c. 11. n. 101. &c.

XXIX. Sed non sine ratione ab his recedere nonnulli mihi vi-  
dentur, qui principes nostros cæterosq; status hanc potestatem jure u-  
surpare statuunt, Caspar Klock. in tract. de contribut. cap. 5. n. 1. Ubi re-  
fert exempla, in Electoratu Palatino von Franckenthal / in Duce Wür-  
tembergico von Freudenstadt / in Comite Hanoviensi, von Hanaw/  
quibus alia jungit Justus Georg. Schottel. de antiq. Ger. jur. d. c. §. 13. &  
in his Domini Julii Ducis Brunsvicensis, citatq; literas de noviter à se  
extracta civitate Heinrichsstadt ad Imperat. Rudolph. missas, in qui-  
bus hæc verba: Und ob ich wohl in dem/ als der Landes-Fürst / so wohl  
die andere Chur- und Fürsten/ eines solchen NB. vor mich mächtig  
und befugt bin/ mir das auch auff dem meinen niemand zu wehren und  
zu

zu sperren hat &c. accedit, quod ex sententia multorum ad sublimitatem principum pertineat, loca ambitu murali vallare, de q; iis disporre, & jura mœnium inter regalia principū recenseantur, Andr. Knichen in *encyclopœdia Imper. Brunov. cap. 16. n. 122. & 123.* qvi & ipse eodem tractatu *cap. 1. n. 214. 215.* mandatum illud Maximiliani I. per quod Alberto Mansfeldensi facultas villam jure civitatis donandi negata, ita conciliat, quod ista villa sita fuerit, ubi Comites Mansfeldici alium in Superiorem recognoscant, quo demum casu ipsis prælibata facultas negetur. adde Dn. Rhet. *supr. cit. disp. de stat. Roland. c. 4. n. 17.*

XXX. Hoc jure Principibus Statibusqve asserto, Weichbildi concessionem illis nemo negabit. Qvi enim civitates condere, illi qq. civitatibus certos terminos finesqve statuere possunt. vid. Herm. Hermes *fascicul. jur. publ. c. 31. n. 3.* Et ne aliunde exempla petamus, de Ottone divite, Milniæ Marchione, legimus Lipsiensi, anno 1182. civitatis jura & Weichbildum, quod in rescripto Wickbiledæ appellari, superiore cap. diximus, concessisse, & ut eodem, quo Hala & Magdeburgum jure fruerentur, statuisse, cujus verba recitat Lic. Zacharias Schneider in *Chron. Lips. c. 3. p. 87. seqq.* Adde Tobiam Heidenreich in *Chron. Lips. p. 39.* Et quem latere potest, Divi Joh. Georgii I. Elect. Sax. exemplum, qvi cum aliis Heroicis factis, tum eo quoqve nunquam intermorituram famam ad posteros extendit, exulibus Bohemicis aliisque in suo territorio domicilium concedendo, nova civitate conditâ, suæqve Serenitatis nomine Johann-Georgen-Stadt nuncupatâ.

XXXI. Quamvis autem nonnulli ad civitatis constitutionem Episcopum requirant, secuti Baldum in *l. ex hoc jure. ff. de just. & jur.* quod de consuetudine usuqve communi in Italia obtinere, firmariqve *ex l. 36. C. de episc. & cler.* ait Christophorus Besoldus in *tract. de jur. Univers. cap. 1. §. 7.* indeqve in Cancellariis principum Germaniæ Episcoporum ea solum oppida civitates inscribi, ubi sunt Episcopatus: Rectè tamen hoc ipsa Glossa Juris Canonici improbat, *ad cap. si civitas 17. de sent. excomm. in 6to.* Et repugnat disertus istius juris textus in *cap. 1. X. de privilegiis & excessibus Privilegiatorum*, nec id de jure Romano Civili fuit requisitum, & *d. l. 36.* sensus est, non quasi absqve Episcopo non possit constitui civitas, sed prout rectè summat Cyprian. Regnerus ab Oosterga in *cons. Belg. in Cod. d. l. 36.* quod Imperatoris sit, curare, ut quælibet civitas habeat legitimos Ecclesiæ ministros vel seniores. vid. Heinr. Bruning. *tract. de var.*



de var. univers. speciebus, th. 13. lit. B. Petrus Gregorius Tholosanus lib. 2.  
de Republ. cap. 1. n. 7.

XXXII. Cæterum Weichbildum constituitur tam Magistratibus civitatum, quam subditis, illis quidem, ut de latitudine potestatis cujusque constet. Nam ordo inter plures unius Provinciae Magistratus oppidò est necessarius, nec permitti debet, ut extra limites sibi assignatos quisquam jurisdictionem exercent, *l. fin. ff. de jurisd. l. 239. §. territorium ff. de V. S. cap. 13. X. de judiciis. Clem. quamvis. de foro competente. Sigismund. Finchelthaus. Obs. 49. n. 11.* tum ne confusio fiat Jurisdictionum, nec rei de eadem causa pluribus litibus vexentur, tum ne, quod à pluribus expediri potest, ab omnibus invicem se expectantibus, planè omittatur. Atque hinc rectè Magistratus extra Provinciam suam privato habetur *l. fin. de off. præfecti urbi. l. 3. de off. Proc. Hermannus Vultejus ad l. 1. C. de Jurisd. n. 26.* Et quilibet magistratunculus quantumcunque minimus in sua provinciola major est quolibet extraneo majore, uti post Felinum loquitur Matthias Coler. *de Proc. execut. p. 3. c. 7. n. 33.* Et hoc veterum quæ Romanorum institutis est conveniens, qui cum complures constituerent Magistratus, singulis certos limites tam ratione locorum, quam causarum & personarum, de quibus & inter quas jus dicerent, præfigebant, unde secundum modum præscriptum, sive pro sua jurisdictione, uti dicitur *in l. 2. si quis in jus vocatus non ierit l. 3. ff. de postul. l. 16. §. 1. ff. de minor.* aut secundum Jurisdictionem, ut est *in §. 4. Inst. de Attil. tutore;* ubi vid. Arnold. Vinn. *n. 3.* aut secundum jus potestatis suæ, uti habetur *in l. un. si quis jus dic. non obtemper. jus dicere jubebantur.* add. Herm. Vultej. *ad l. 1. C. de jurisd. omn. jud. n. 15. seqq.*

XXXIII. Magistratus autem intelligo inferiores, hoc est, eos, qui à Majestate ipsa, aut superiore alio, qui Majestati simile jus habet, constituuntur, ut jurisdictioni præsent, & res civitatis administrant; Quorum quidem longe alia de jure veteri Romano fuit ratio, quam hodiè. Nam ibi alii urbani erant, ii quæ vel ordinarii, ut Consules, Præfecti prætorio, Præfecti urbi, quæstores, Prætores; vel extraordinarii ut Præfecti vigilum; Alii Provinciales, ut Proconsules horum quæve legati, Præfecti Augustales, Præsides, Procuratores Cæsaris, juridici Alexandriae: Alii denique Municipales, qui singulis Provinciarum Municipiis præerant, de quibus vid. Joh. Strauch. *dissert. 20. aph. 13. seqq.* Bernh. Sutholt. *de jurisd. Aph. 213. seqq.* Deinde rursus subdividebantur in majores, qui imperium & potestatem habebant, & minores, qui sine impe-

rio & potestate erant, ut duum-viri. l. 32. ff. de injur. l. 2. ff. de in jus voc. l. 26. §. 2. ex quib. caus. maj. l. 26 ad municip. Sutholt. dict. tract. aph. 228. seqq. de quibus singulis, eorum jurisdictione, hujusque limitibus vid. præter laudatos *Dd. ad lib. 1. ff. tit. 10. seqq. §. l. 50. ff. 1.*

XXXIV. Exercebant autem isti jurisdictionem vel proprio jure, vel ex speciali concessione; Illa dicebatur Jurisdictio ordinaria, hæc extraordinaria: Illa, quæ & in famosiori significato dicebatur jurisdictio, complectebatur ea, quæ magistratui, quatenus est magistratus, seu quia Magistratus est, & jure magistratus competunt. l. 1. in pr. ff. de offic. ejus cui mandata jurisd. Ita enim jure magistratus competere in ll. dicuntur ea, quæ quisque magistratus ex natura officii sui habet, seu ob id, quòd propterea ab initio creatus est: quatenus sc. data potestas in abstracto consideratur, & ut subjecto speciei communi, non individuo existentiae assignata, atque ista talia naturam suam inesse jurisdictioni dicuntur. Arnold. Vinn. ad §. 4. Inst. de Attil. tut. Hoc modo competebat jurisdictio, (quæ in potestate de quavis causa cognoscendi & de cognito statuendi consistebat,) omnibus, & mixtum Imperium, quo statuti competebat executio, plerisque, maximè majoribus Magistratibus. l. 1. §. fin. l. fin. ff. de offic. ejus &c: vid. Wilh. Ludvv. ad Wesenb. de jurisd. n. 3. 7. Georg. Adam Struv. Exerc. 4. th. 57. Sutholt. de jurisdict. aph. 166. 167. Joh. Strauch. Diss. 20. th. 4. Georg. Frantzk. de jurisd. n. 30.

XXXV. Illis opponuntur, quæ specialiter lege aliquâ vel Constitutione Magistratui concessa dicuntur, d. l. 1. de officio ejus &c. primùm quidem personæ alicui individuae, huic vel illi Prætori in concreto, Jacob Lampad. de Rep. Rom. Germ. lib. 3. cap. 15. n. 30. Postea tamen etiam indefinitè certo Magistratui. l. un. §. 1. ff. de offic. præfect. præt. Osvvaldus Hilliger. Donnell. enucleati lib. 17. cap. 8 lit. mm. ita tamen, ut magistratus ista non ex naturam officii haberet, sed ex novâ & adventitiâ autoritate, quæ ad officium & jurisdictionem Magistratus, cui tributa sunt, non necessariò pertinent. Arnold. Vinn. d. l. Georg. Frantzk. ad tit. de officio ejus &c. n. 4. Hoc modo competebat merum imperium, d. l. 1. Struv. d. loc. th. 75. aliique actus jurisdictionis maximè voluntariæ, de quibus idem th. 64. Ex quo autem postmodum quæ extraordinariæ jurisdictionis erant, sensim omnibus eodem officio fungentibus competere cœperunt, in ipsas tandem officii partes quodammodo commigrârunt, manente licet, quoad jurisdictionem mandatam, cujus gratiâ hæc distinctio introducta d. l. 1. jure pristino, vid. Jacob Lampad. de republ. Roman. Germ. p. 3. cap. 15. n. 30.

Et

Et hinc jurisdictionis vox quandoque etiam ea comprehendit, quæ specialiter concedi diximus, l. 2. 3. l. 7. §. 2. de offic. Procons. l. 8. §. 8. de transact. l. 1. C. de offic. Prætor. & à nonnullis etiam ad criminales causas extensa quibus propterea solenne est, jurisdictionem in criminalem & civilem dividere, jure Romano, quicquid contradicat Reinhard. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 3. th. 1. lit. a. & Arnold. Vinn. de jurisd. cap. 1. n. ult. etiam suffragante.

XXXVI. Postea & à tempore maximè Constantini Magni alia magistratuum distinctio cœpit, quâ alii erant illustres, alii spectabiles, alii denique clarissimi, de quibus Jacob. Gothofr. in serie Cod. lib. I. tit. 26. seqq. aliiq. passim ad dict. tit. add. Not. Imper. Rom. orient. & ad eam Gvidon. Panciroll. comment. itemque Jacob. Guther. tract. de offic. dom. Augustæ. Alia ab hac Magistratuum fuit ratio olim in Germania, de quibus latè Herm. Conring. in tract. de Germ. Imper. judiciis, concisius ex eo Sever. de Monzamban. de statu Imper. Germ. cap. 5. §. 14.

XXXVII. Hodie quomodo Magistratus constituentur, & quæ eorum, in nostris potissimùm terris, sit potestas, docet Bened. Carpzov. in Proc. tit. 2. art. 2. §. 7. seqq. Nam postquam non Electoribus modò, sed reliquis etiam Imperii statibus ipsa Majestatis jura communicari cœperunt per infeudationem, unà cum ditionibus, ut Ducatibus, Comitatus, Dynastiis &c. idque jure hæreditario & irrevocabili, sub qualitate der hohen Landes Obrigkeit vid. Andr. Knichen de jur. territ. cap. 1. n. 359. Bernh. Sutholt. de jurisd. aph. 412. Non solum verba jurisdictionis & imperii aliter atque olim usurpari cœperunt, maximè lingvâ nostrâ Germanicâ, quâ Altæ & Bassæ jurisdictionis, der Ober- und Unter- oder Erb- Gerichte/appellationes increbuerunt, quæ potestatem jus in civilibus ut & in criminalibus causis reddendi & exequendi, non administratoriam, sed perpetuam, ad hæredes transitoriam, patrimoniale, ipsique territorio cohærentem notant, de quibus latius Bened. Carpz. in Pract. Crim. p. 3. quest. 109. sed etiam utile ac commodum visum fuit, municipiis suis, quandoque ex peculiari gratia, quandoque emtionis, locationis, aliove titulo, jurisdictionem istam, Altam pariter sive supremam, & Bassam concedere Matth. Stephani de jurisd. lib. 2. p. 2. cap. 2. n. 17. quo etiam modo civitates in Electoratu aliisque Saxonis Provinciis municipales, jurisdictionem suam obtinuerunt, Carpz. in Proc. tit. 2. art. 2. n. 179. Caspar Ziegeler Sen. ad aur. prax. Calvoli §. civitas. Conclus. l. n. 4. quam ne iusto latius extenderent, infinitarumque litium & contentionum esset susci-

fuscitabulum, quæ tollendarum earum gratiâ parata est magistratum  
jurisdictio, opus utiqve fuit, illi ejusmodi limites & terminos ponere,  
iisqve totam istam potestatem sub nomine Weichbildi circumscri-  
bere.

XXXVIII. Præterea Weichbildum etiam subditis constitui dixi.  
Subditi vel cives sunt vel incolæ. Cives, qui jus civitatis impetrârunt,  
das Bürgerrecht / quod à jure dandæ civitatis, dem Stadtrecht / maxi-  
mè differt, cum hoc soli principi aut superiori vi superioritatis & rega-  
lium, per ea quæ supra; Illud verò Consulibus Curatoribusq; civitatum  
tanquam consequens quoddam administrationis civilis Magistratibus  
Municipalibus concessæ, competat. Philipp. Knipschild *de civit. Impe-  
rial. lib. 1. cap. 1. n. 21. seqq.* In quo etiam nec à Superiore turbari, nec,  
// ut civem inviti recipiant, cogi possunt, nisi injuriâ à civitatis jure ali-  
// quem arceant. Christoph. Besold. *de jure un. vers. cap. fin. §. 3. junct.*  
*cap. 4. §. 4. in fin.* Caspar Ziegler *ad aur. prax. Calvoli §. civitas conclus.*  
*1. n. 11.* Consistit autem jus illud civitatis in participatione omnium  
commodorum, privilegiorum item & immunitatum, statutorumqve,  
quibus civitas aliqua utitur fruiturqve. Et acquiritur vel origine seu  
nativitate, cum quis ex patre cive natus est *l. 7. Cod. de incol. l. 1. §. 2. ff.*  
*ad municip.* ita quidem, ut non præcisè nativitatis locus inspiciendus, nisi  
ibidem pater quoque civis fuerit *l. 3. Cod. de municip.* Amad. Eckolt. *ad*  
*tit. ff. ad municip. §. 4.* Bened. Carpzov. *P. 1. dec. 1. n. 18. seqq.* Contra  
Vultej. *in l. 2. de jurisdict. omn. jud. n. 6.* Sufficiat tamen patrem civem  
fuisse, licet eo tempore, quò nasceretur filius, pater nondum in civium  
numerum fuerit receptus, Bened. Carpzov. *lib. 6. respons. tit. 10. resp. 98.*  
add. Gothofr. Fiebig. *exerc. 8. semidec. quest. 1.* vel allectione, cum ali-  
cui jus civitatis à Senatu conceditur, in quâ quæ intervenire debeant,  
vid. ap. Struv. *exerc. 50. th. 50.* Eckolt *in ff. ad municip. §. 7.* Incolæ sunt,  
qui in aliqua civitate domicilium animò perpetuò ibi habitandi consti-  
tuerunt, *l. 7. C. de incol.* & hi omnibus quidem cum civibus juribus non  
fruuntur, ditioni tamen Magistratus istius subsunt, ejusque statuti &  
legibus vivunt, ac pro protectione annuatim certam pensionem solvunt,  
Schutzverwandte dicimus, quibus tamen certum tempus hodiernis  
moribus præscriptum esse solet, intra quod jus civitatis recipere tenen-  
tur Andr. Gail. *lib. 2. obs. 35. n. 9.* David Mœvius *ad Jus Lubecens. lib. 1.*  
*tit. 2. art. 2. n. 45. seqq.* quod tamen non attinet illos, qui necessitate  
officii alicubi commorantur, ut sunt ministri principum, Mœvius *d. l.*

n. 34. seqq. Jacob Schultes *quest. illustrium* 3. part. 1. Casp. Ziegl. *ad Calv. §. civitas. conclus. 1. n. 45.* Christoph. Besold. *de jure universit. cap. fin. th. 9.* Bened. Carpzov. *in pract. crim. part. 3. quest. 110. n. 77. seqq.* aut alio privilegio exemptionis gaudent, ut sunt Academici in locò, ubi Academia viget, hi enim omnes à Jurisdictione civitatis planè sunt exempti vid. *rescript. Georg. Duc. Saxon. de anno 1508. quo Senatui Lips. jurisdictionem exempti titulo concessit apud Tob. Heidenreich. in Chron. Lips. pag. 81. 82.* Peregrini, hospites, forenses, subditi non sunt, nec civitatis istius juribus utuntur. Carpzov. *p. 2. Const. 14. def. 53. n. 6.* Et licet aliquando in civitate, in qua ad tempus commorantur, conveniri queant, id tamen non ex quadam ordinaria subjectione, vi cuius subditi dici debeant, vid. Casp. Ziegler. junior *in dicastice conclus. 15. §. 46. 55.* Sed vel ratione contractus, vel bonorum seu rei sitæ, vel delicti aut aliarum causarum, ex quibus forum ibidem fortiuntur, contingit. Geor. Frantzk. *ad Dig. tit. de jud. n. 33. & seqq.* Bened. Carpzov. *in Proc. tit. 3. art. 2. & seqq. &c. de forensibus* vid. Joh. Christ. Limpach. *disp. de forens. Giessæ hab. anno 1669.*

XXXIX. Objectum Weichbildi constituunt *agri & prædia certis finibus inclusa.* De finibus primùm videbimus. Fines dicuntur loca extrema è regione sibi invicem proximè adjacentia, quæ duorum vel plurium dominorum magistratuumve terras seu possessiones itemque territoria distinguunt, & ita cuique, quod suum est, demonstrant, Hieron. *de Monte de fin. regund. cap. 15. n. 2. & 11.* differuntque à limitibus, confinibus & terminis propriè ita dictis in hoc, quòd limites habeantur pro eo, quod extra fines continetur, & limitato agro regulariter non cedit, Jacob. Cujac. *lib. 2. obs. 9.* Barnabas Brisson. *de formul. Pop. Rom. lib. 6. p. 502.* Confinia verò semper respectum correlativum ad confinem habeant, cum eoque sint communia, *l. 19. ff. commun. divid. l. 7. §. fin. l. 8. de acquir. rer. dom. l. 35. §. fin. de contr. emt.* Hieronym. *de Monte d. tract. cap. 23.* & termini denique sint signa solum, quæ fines monstrant ac designant, *tot. tit. ff. de term. moto.* fines autem ipsæ res signatæ & determinatæ reputentur, quæ intra limina consistunt, & regulariter in modum agrorum cedunt, *l. 16. §. 1. de usu & habitatione, l. 2. §. 6. pro emptore l. 63. §. 1. de contr. emt.* quamvis tam Jcti quam Scriptores alii his vocabulis promiscuè utantur in denominandis finibus, qui partim à privatis, ad fundos suos ab aliis discernendos, (inter quos olim ex l. XII. tabb. quinque pedum spatium relinqui debebat, quo de finium regundorum actio sal-

D

tem

tem moveri poterat, de latiori autem rei vindicatione agebatur, quod postea mutatum, *l. fin. C. fin. regund. Frantzck, ad tit. ff. fin. reg. n. 23.*) partim à principe statuuntur, ad designandum vel totum imperium, §. 5. *Inst. quib. mod. jus patr. pot. solv.* aut in illo certam regionem aut provinciam, vel territoria sive districtus civitatum, *l. 239. §. 8. de V. signif. l. 2. §. 14. Cod. de offic. praefect. prat. Africa.* Illos Reichs- vel Land-Grenzen/ hos Marck- vel Stadt-Grenzen vocamus, quo postremo sensu nobis hoc quoque in loco finium vox venit.

XL. Res finibus istis contentæ, & ad quas se extendit Weichbildum, sunt non tantum res Universitatis, & quæ in patrimonio totius Universitatis sunt, suoq; modo publicæ censentur, *l. 4. §. fin. ad l. Jul. pecul. l. 17. ibiq; Gœddæus n. 15. 16. de V. S. l. 19. ff. de compens. Matthias Stephani de Jurisd. lib. 2. p. 2. cap. 2. n. 137. seqq. Caspar Ziegler ad aur. praxin. Calvoli §. civitas. conclus. 1. n. 26. 27.* Sed etiam omnes reliqui agri prædiaq; istis terminis contenta, non quidem ratione dominii & proprietatis singulorum, sed in conceptu territorii seu universitatis considerata, & quatenus eodem civitatis jure comprehenduntur. Sicque nihil aliud intelligimus, quam tractum certum seu districtum ædificiorum, prædiorum agrorumq;, qui communi civitatis jure reguntur, sive murorum ambitu, quo urbs strictè dicta finitur & terminatur, *l. 2. de V. S. pomœriisq; claudantur, sive extra ea sint: Vel ut aliàs hæc efferre solent, Civitas non materialiter, & in specialiori significato, tantum objectum Weichbildi constituit, quatenus locum, ædificia & structuram notat, quò sensu Carthago urbs esse desiit, inducto aratro l. 21. ff. quemadm. usufruct. amitt. (quem textum à Jo. Bodini l. 1. de Rep. c. 6. n. 21. injuriis vindicat Casp. Ziegl. ad aur. prax. Nic. Calvoli §. Civitas. proœm. n. 10.)* sed formaliter, quatenus etiam ordinationem & jus significat, quo universi cives, horumq; bona comprehenduntur, quo sensu civitatis appellatio ab urbe discerni solet, Ziegler *d. loc. in proœm. n. 1. 2. seqq. Philipp. Knipschild libr. 1. de imperial. civit. cap. 1. n. 79. 80. 81. seqq.* Et sic suburbia quoque horumq; incolæ *l. 139. in princ. l. 147. ff. de V. S. itemq; Villani sive districtuales, qui in vicis civitati subjectis habitant, l. 3. ff. ad municip. ejusdem civitatis nomine continentur, quo sensu etiam Romæ fieri dicitur, non tantum quod intra muros, sed etiam extra eos fit, intra continentia l. 2. l. 87. l. 239. §. urbs. ff. de V. S. l. 1. §. 20. ff. de aqv. plu. arcend. intra continentia autem fit, quod extra urbem in suburbiis, locis ædificiisq; urbi subnexis & quasi cohæ-*

ren-

rentibus d. l. 1. §. apud Labeonem. l. 99. §. 1. de verb. signif. et' amfi lata intercedat via. l. 45. §. 3. ff. de excusat. tutor. d. l. 1. §. 20. Bald. in cap. Rudolphus n. 8. X. de rescriptis. Gædd. ad l. 2. n. 15. de verbor. signif. Hinc etiam testator, qui legat omnem penum, quam Romæ habet, non tantum, quam intra muros, sed & quam in horreis, villis, ædificiis continentibus, itemq; hortis habet, legasse censetur, l. 4. §. si ita. ff. de penu legat. l. 48. ff. de leg. 3. Unde etiam in Statutis sub nomine urbis vel civitatis suburbia quoque comprehendi rectissime responderunt Scabini apud Carpz. decis. 2. part. 1.

XLI. Forma Weichbildi est tam constituendi, quam constituti. Illa concernit modos, quib9 constituitur. Contingit hoc per ipsam concessior e juris civitatis, & determinatione territorii, hujusq; finium, quod sæpè fieri solet, mediante positione certorum signorum, lapidum, crucum, &c. de quib9 in cap. super: Hocq; non tantum in terra continente, verum quandoq; in medio flumine, vid. Hieron. de Monte de fin. reg. cap. 24. Quemadmodum autem in aliis negotiis, nuda traditio non transfert dominium, dicente Paulo in l. 31. princ. ff. de A. R. D. sed ita, si venditio aut aliqua justa causa præcessit, propter quam traditio sequeretur, ita hinc qq. in constituendo territorio seu Weichbildo aut peculiaris gratiosæ donationis, aut empti venditi, isque aut irrevocabilis, aut revocabilis, sub lege retrovenditionis, locati conducti, aliiq; tituli concurrant necesse est, quibus universitas agrorum prædiorumq; cumque hac jurisdictione, quæ hodie, per ea quæ superius, patrimonialis facta est, & alia territorio ad hærentia jura, mediante determinatione assignationeque Weichbildi transferantur, vid. Benedic. Carpz. in Proc. tit. 11. art. 11. n. 178. Jung. Matth. Wefenbec. consil. 78.

XLII. Et ita quidem expresso consensu superioris constituitur // Weichbildum ei que annexa jura. Tacito comparatur, mediante præ- // scriptione, de qua in materia jurisdictionis maxime disceptari solet. Quamquam nec ab hoc loco aliena sit, quando cum territorio, ipsam plerumque jurisdictionem acquiri diximus. Et jure quidem Romano ut jurisdictione, ita nec territoria unquam fuere in bonis magistratum, nec per consequens in commercio, adeoque non præscriptibilia. Hahn ad Wefenb. de jurisd. n. 9. porro distingv. inter privatum & magistratum aut civitatem jam constitutam; Ille subjectum habile, cui acquiri possit per præscriptionem territorium, non est, in tantum ut is, qui se dolo malo pro magistratu gessit, in crimen Majestatis læsæ incidat. l. 3. in fin. ff.

ad l. Jul. Majest. hæc præscribere potest, non quidem adversus regalia & superioritatem principis, Leipold. de Concur. jurid. quest. 2. circa fin. Sed adversus alteram civitatem, aut magistratum proximum, ejusq; territorium, ita quidem, ut non tam noviter Weichbildum acquirat, quam suum ante à se possessum, idque ipsum, quod ab initio concesserat superior, quodque à se recognosci voluit, dilatet & ampliet.

XLIII. Ad istam dilationem & ampliacionem Weichbildi non incommode & illa referri potest quæstio: An Territorii finibus circa flumen constitutis per alluvionem ut proprietas, ita etiam fines jurisdictionis & Weichbildi augeantur? Et placet communis negantium responsio, quam ex Suarez, Vivio, Peregrino, citat Calpar Mantz. *decis. Palat. 98.* ex illa potissimum ratione, quod alluvio circa corporalia, non incorporalia, operetur, & ubi ante competebat jurisdictio in aquâ, nunc competat in terrâ. Hocq; maximè procedit, si jurisdictio alios & quidem suos certos terminos habeat. *Jung. Hier. à Monte tract. de finib. reg. cap. 24 n. 5.* Inde facile etiam responderi potest interroganti: Num per insulam in flumine natam augeatur qq. Weichbildum? Et itidem negandum erit, si enim versus flumen limitatum fuit territorium, si ve ad medium fluminis alvei pertingat, utrobique nec augetur nec minuitur, sed mutatur tantum, ita, ut ubi antea competebat in aquâ, nunc competat in terrâ ac insulâ. *Hieron. de Monte dict. tract. cap. 25, n. 3. Joh. Gryph. de insulis cap. 14. n. 85.* Quod si autem totus alveus mutetur, & flumen antea loco termini fuit, sicut tum, quoad adhuc eundem occupat alveum, commune est, & utrique competit jurisdictio usque ad medium fluminis: ita si eundem mutet, si ve proprio impetu, si ve etiam opera & facto hominum, modo simul & semel id fiat, idem obtinet, & ut monet *Hieron. de Monte dict. tract. cap. 24. n. 4.* novis signis distingui territoria consultum est: Quod si paulatim & successivè mutetur alveus augmentum unius ripæ domini territorium augebit, alterius decrementum ejusdem territorium minuet. *Hieron. de Monte d. cap. n. 5. Joh. Gryph. de insul. cap. 14. n. iii. seqq. Calpar Manz. decis. Palat. 99.*

XLIV. Weichbildum ergo jam constitutum consistit in territorio certis finibus incluso, & juribus civitatis ac jurisdictione munito. In hoc enim non à reliquis saltem Universitatibus, de quibus superius §. 25. dictum, differt, sed territorii etiam vox satis ad præsentem materiam restringitur, quæ quamvis aliàs totam provinciam denotet, quæ jure superioritatis magistratui, qui in illa jurisdictionem & regalia exercet, com-



competit, Joh. Oettinger *de jure limit. lib. 1. cap. 8. lit. D. pag. 91.* hinc tamen partem provinciae significat certis terminis circumscriptam, Jure civitatis (quod in eo consistit, ut possim moenia circumducere, Ziegl. *ad Calv. §. civitas. Conclus. 1. ampl. n. 36. sequ.* Zalm. *de Jure munic. c. 74.* extruere curiam, habere Consules, Senatores, qui iterum conferre possunt das Bürgerrecht) ornatam, in qua Magistratus iis personis, quae in ea versantur, jus dicere, & de aliis, quae ad communem utilitatem spectant, disponere potest, salvò tamen semper superioris jure, quod is sibi sive expressè, sive etiam tacitè, reservat, in tantum, ut licet Concessio etiam cum translatione, omnis imperii & potestatis facta sit, semper tamen superioritas facta, tecta maneat, praesertim cum etiam si Princeps aliquid concedat inferiori de reservatis, intelligatur tamen hoc facere non cum plenitudine, concedentis, sed eo modo, quò is exercere potest. Andr. Knichen *de sublimi & reg. territ. jur. cap. 1. n. 127. 132.* Georg. Franzk. *lib. 1. resol. 18. n. 36.* Est autem civitatum istarum Municipalium ( Imperiales enim quae suam quoque habent Superioritatem Burgol. *l. 1. disc. 21. n. 12.* huc nemo referet ) non eadem ratio, quibusdam plenior potestas, alta est, omnisq; tam Alta, quam bassa jurisdictio, aliis saltem bassa jurisdictio, aliis deniq; quidam tantum actus bassae seu inferioris jurisdictionis, cum potestate eligendi Consules & Senatores, quibus quaedam administratio rerum civitatis competit. vid. David Moevius *ad Jus Lubec. Quest. praelim. 2. n. 65.* Dominus Veit Ludewig à Seckendorff in *deutschen Fürsten Staat / p. 1. c. 4. p. 51.* Caspar Ziegler *ad aur. praxin Calvoli §. civitas. Conclus. 1. n. 23.* Christoph. Besold. *in tract. de jur. univ. cap. fin. p. 256. sequ.* Matth. Stephani *de jurisdict. lib. 2. p. 2. cap. 2. n. 45.* Quae omnia ex usurpatione, pactis, privilegiis, foundationibusq; cujusq; loci aestimanda veniunt, ut monet Besoldus *d. loc.*

XLV. Probatur Weichbildum ejusq; fines variè, aut per testes, praesertim senes, aut instrumenta seu archiva, primam foundationem, ampliationem Weichbildorum continentia, literas investiturae Carpz. *lib. 1. respons. 65. n. 16.* famam publicam, lapides antiquos Joseph. Mascard. *de probat. Vol. 1. Conclus. 399.* Joh. Oettinger *de jure limit. lib. 1. cap. 17. seqq. & lib. 2. cap. 5.* Hieron. de Monte *de fin. reg. cap. 19. n. 3.* item per exercitium variosq; actus jurisdictionis, ( in quibus probandis testes etiam singulares admittuntur Carpzov. *in Proc. tit. 13. art. 3. n. 46.* Andr. Rauchbar. *p. 2. quest. 5. n. 5. 6.* ) vias regales, redditus antiquos &c. de quibus vid. latè Mascard. *de probat. Vol. 1. Conclus. 393. 394.* Hier. de Mon-

de Monte *dict. tract. cap. 49. seqq.* Aymo Cravetta à Saviliano *Conf. 881. seqv.* Circa probationem per testes illud dubium est, ane admittantur etiam, qui sunt de ista Universitate? quod affirmandum, quamvis enim videantur testes esse in causa propriâ, qui alias non admittuntur *l. 10. ff. l. 10. C. de testib.* cessat tamen illa suspicio, ubi emolumentum ad municipium seu universitatem, ut talem, spectat, non verò ad singulos, ubi utiliter & ex æquitate, aliâ probatione omni deficiente, admittuntur. Dom. Carpz. *in Proc. tit. 13. art. 5. §. 11. n. 77. seqq.* & *in Jurispr. for. p. 1. Const. 16. def. 65.* Struv. *exerc. 28. th. 39.* Wilh. Ludvv. *disp. 4. th. 2. lit. D.* Joh. Jacob Wissembach, *Disp. Inst. 9. th. 8.*

XLVI. Finis constituti Weichbildi est, ut de certis civitatis terminis constet, quibus ea à vicinorum territorio discernatur. Ne enim jurisdictiones Magistratum confundantur, & sciant quoque subditi, cui parere debeant, certis limitibus comprehendere cujusque jurisdictionem, & potestatem voluerunt Superiores, quos qui egrediantur non tantum alterius violent territorium & peccent, Ziegl. *in Dicastice conclus. 11.* ac ob id injuriarum teneantur, Andr. Gail. *de pace publ. lib. 1. cap. 16. n. 27.* sed sententiæ etiam & decreta eorum nullius sint valoris & efficaciam *l. fin. ff. de jurisd.* Sigism. Finchelthaus, *obs. 49. n. 11. seqq.* Hinc etiam territorium dici Pomponius ait, quod Magistratus ejus loci intra eos fines terrendi, id est submovendi alios jus habeat, *l. 239. §. 8. de verb. sign.*

XLVII. Restat ut de effectibus aut consecrariis quibusdam, & contrariis Weichbildi videamus. Effectus isti seu consecraria Weichbildorum partim in commodis conspiciuntur, partim in incommodis. Ad commoda refero, ut liberè uti possit civitas juribus suis intra Weichbildum, & magistratus jurisdictionem, quam nati sunt, intra illud exercere, in tantum, ut cives primam apud eos habeant instantiam, nec à domino quidem territoriali à quo eandem acceperunt, inhiberi aut turbari possint. vid. Landes-Ordnung *rubr. daß niemand unersuchet der ordentl. Gerichte zc.* Hoff-Gerichts-Ordn zu Leipzig *rubr. Wer vor das Ober-Hoff-Gerichte mag geladen werden.* Appellation-Gerichts-Ordn. *rubr. Wer vor unser Appellation-Gerichte geladen zc.* Add. omnino Caspar. Ziegler. *ad aur. praxin Calvoli §. civitas. conclus. 1. n. 6. 7. seqq.* præterquam, si negligens fuerit magistratus in administranda Justitiâ, aut planè eam deneget, vel in suspensionem probabilem corruptionis, aliorumque affectuum pravorum, incidat, tunc enim per Superiorem exci-

excitari, vel modum certum, secundum quem procedat, & tempus etiam, intra quod causam decidat & finiat, adjuncto quoque illi interdum alio iudice, praescribi, aut causam quae advocari, posse, aequitas suadet, & communis praxis docet. *Frantz. lib. 1. resol. 18. n. 28.* Anton. de Petra de *potest. Princ. cap. 8. n. 64. seqq.* Tobias Pauermeister de *jurisdic. lib. 2. part. 1. cap. 7. n. 212.* Carpz. in *Proc. tit. 3. art. 4. §. 7. n. 98. seqq.* & *lib. 2. respons. 20.* Nam cum, quicquid est potestatis in territorio aliquo, id omne ab eo proveniat, qui superior est, & ad eum reflectatur, sive ut Ludovicus à Pegver. *decis. 36. n. 1.* loquitur, cum jurisdictiones apud principem tanquam apud fontem sint, ita ut ab eo fluant & refluant, sicut flumina ad mare, fieri non potest, quin, necessitate exigente, princeps aliquando suam interponat potestatem.

XLVIII. Quæ cum ita sint, non intempestivè quæritur, quònam hodiè modò Magistratibus concedatur jurisdictio, an ita, ut nudum exercitium saltem habeant, an verò, ut omne jus & facultas illis à superiore resignetur? Illud cumulativè, hoc privativè concedi vocant. Et Bachov. quidem ad Treutler. *Vol. 1. disp. 3. th. 6. lit. F.* Daniel Mollerus *lib. 4. Semestr. cap. 46. in fin.* distinguunt, an ita concedatur jurisdictio, ut simul utile, quod vocant, dominium transeat, quod per infeudationem fieri solet, an verò nudè exercenda, tanquam magistratur, concedatur, ita, ut illo casu privativè, hoc cumulativè tributa intelligatur. Alii aliter, ut videre est apud Ludolph. Schrader. *tract. de feud. p. 10. sect. 1. n. 128.* Sixtin. de *Regal. part. 1. cap. 5. n. 55.* Matth. Berlich. *p. 1. Conclus. 2. n. 3. 4. seq.* Matth. Coler. de *Proc. execut. lib. 2. cap. 1. n. 150. seqq.* Dom. Carpz. privativè transferri jurisdictionem statuit, ita tamen, ut salvum nihilominus concedenti jus superioritatis territorialis maneat, vi cujus appellatione vel aliaratione causâ ad ipsum delatâ jurisdictionem exerceat, & subditum ejus cui jurisdictionem concessit, immediatè citare possit. *in. proc. tit. 11. art. 1. n. 76. seqq.* & *art. 11. n. 34. 182.* & *tit. 7. art. 3. n. 3. in Pract. Crim. quest. 109. it. lib. 2. resp. 11. n. 10. seqq.* & *Jurisprud. for. p. 1. Const. 27. definit. 11.*

XLIX. Fortasse non incommoda erit opinio Domini Struvii *Syntagm. civ. exerc. 4. th. 80.* & *Feudal. cap. 6. aph. 18. n. 6.* dum nec privativè nec cumulative concedi magistratibus jurisdictionem asserit, sed subordinarè, quæ subordinatio cesset tùm, quando ipse princeps causâ ad se delatâ, jus dicat. Et sic non adeò opus habebimus illâ cumulativæ & privativæ concessionis distinctione, si cum Domino Joh. Strauch. *disser. 20. aph. 10.* dicamus, in Principe residere jurisdictionem non forma-

formaliter, ut in magistratu, qui instrumentum Majestatis est, & ut instrumentum quoque agit in jure dicendo, sed radicaliter & fundamentaliter, aut virtualiter seu effectivè, & sic jus dicere, ut causam principalem, à se ipsa habentem eam potestatem, propter summum imperium, quod tenet sibi competentem. add. Bernh. Sutholt, *de jurisd. aph.* 182. 187. non obstante eo, quod magistratus ordinarius, non alieno, sed suo jure Jurisdictionem habeat, *l. 5. ff. de jurisd.* indeque ea propria dicatur *l. 4. ff. de offic. ejus.* Nam non pugnant suo jure habere, & habere ab alio. Dum enim magistratus constituitur, omnem potestatem accipit ab alio. sc. superiore, quia autem ipsam magistratus essentiam constituit jurisdictio, sine qua nec concipi potest magistratus, suo & proprio jure ea competere dicitur, ut accuratè docet Caspar Ziegeler jun. *in tract. de jur. Majest. exerc. 8. th. 12.*

L. Sicut autem suis civibus, intra territorium constitutis, jus reddere possunt magistratus, ita quoque novum jus seu statuta condere, secundum quæ jus dicant, etiam sine præscitu principis Ziegler. *ad Calv. §. civitas Conclus. 1. n. 29.* non quidem quasi vim legis habeant, sed propter pactum & consensum, *l. fin. ff. de Colleg. & corp.* quanquam in hoc laxior potestas superioris est, quàm in casu antecedente: Cùm in tantum jus ejus salvum maneat, ut pro autoritate suâ, id, quod ita statutum est, abrogare, aut nullum dicere quandoque possit *l. 5. §. 3. ad municip.* Unde magis consultum putat laudatus Ziegler. *ibid. n. 35.* Municipales civitates super statutis requirere consensum & confirmationem sui principis, id quod maximè necessarium esse vel solâ observantiâ teste scribit Carptzov. *tit. 2. art. 2. n. 198.*

LI. Ligant autem statuta ista non subditos saltem, sub Weichbildo degentes, sed suo modo etiam forenses & peregrinos. Idq; quoad contractus procedit, si statuta illa in rem principaliter sunt directâ, & extranei de tali re contraxerint; secus si in personam principaliter concepta fuerint, tunc enim præcisè iis non tenentur contrahentes extranei *l. 34. de reg. Jur.* nisi ipsi se statutis istius loci subjecerint, quod in dubio præsumitur, præsertim si jam per aliquod temporis spatium, quo ea in notitiam illorum pervenire potuerunt, in isto loco fuerint commorati.

LII. Quòd si de ultimis voluntatibus certum alicubi statutum vigeat, non quidem præcisè conditurus ultimum elogium forensis ad observantiam illius statuti tenetur Joh. à Sande *decis. Frisic. lib. 4. tit. 1. de finit.*

*finis. 14.* quòd si tamen secundum illud testatus fuerit, effectum habebit quoad bona etiam alibi sita, Joh. à Sande *diçt. loc.* Arnold. Vinn. *libr. 2. select. quest. 19.* & in *Comment. inst. ad S. fin. de test. ord. n. 5.* Reinhard. Bach. ad Treutler. *Vol. 1. disp. 1. th. 10. lit. E.* modò lex illa seu statutum solam actus solennitatem respiciat, non in rem sit conceptum eamque afficiat, aut personam solam habiliter, aut inhabiliter. Nam tunc testamentum juxta tale statutum factum non habebit effectum, quoad bona alibi sita, sed quoad illa, intestatus decedet. *vid. cit. aut.* itemque Anton. Peretz. *ad Cod. tit. de testam. n. 24.*

LIII. Si circa successiones ab intestato, peculiari loci statuto quid cautum fuit singulariter, in eam tandem itum fuit sententiam, ut in bonis immobilibus succedatur secundum statuta loci, ubi res sitæ sunt, in mobilibus verò secundum ea, ubi domicilium habuit defunctus, licet alibi fuerit mortuus, & ita decidit Sereniss. Sax. Elector. *Nov. Decis. 54.* *vid. Joh. à Sande lib. 4. decis. Frisic. tit. 8. defin. 7.* Carpzov. *p. 3. Const. 12. definit. 12. 13. & part. 2. Const. 14. def. 54. n. 6. & lib. 6. resp. 38. 39.* Strauch. *dissert. 11. thes. 31.*

LIV. In materia delictorum, reus, licet forensis, punitur secundum statuta ejus loci, ubi deliquit, idque sive ibi deprehendatur, ubi deliquit, *l. 3. ff. de offic. pres. sive alibi.* Hartm. *Pistoris observ. 166.* ita, ut si illic loci, ubi furtum commissum est, propter furtum primum quantumcunque supplicio ultimo delinquens non punitur, nec in loco ubi reperitur, quamvis ibi supplicium capitis decerni soleat, tali poena affici debeat: quia scilicet reus videtur se adstringere legibus ejus loci, ubi deliquit. *Benedict. Carpzov. p. 4. Const. 19. defin. 19. & in pract. Crim. p. 2. quest. 54. n. 47.*

LV. Porro nec subditi pro lubitu Weichbildum mutare possunt, si malitiosè hoc fiat, aut si discessus sui causam habeant, secundum speciales locorum consuetudines certa bonorum portio vel quota, die *Nachsteuer* oder *Abzug* detrahi per magistratum solet. Ziegler. *ad Nicol. Calv. S. civitas. concl. 1. n. 48. 51.* Gothofredus *Svevus disp. feud. 7. quest. 1. in fin.* neque etiam per prorogationem jurisdictionis declinare possunt magistratus sui ordinarii instantiam, Ziegler. *d. loc. ampl. n. 80.* Et secundum Leges quidem Justinianas prorogatio jurisdictionis certo modo à privatis inter se litigantibus fieri poterat, modo publicâ auctoritate non destitueretur *l. 3. C. de Jurisd. omn. jud.* Arnold. Vinn. *de juris.*

*risd. cap. 10. n. 1.* idq; consensu litigantium aut expresso, eoq; aditione  
judicis firmato, *l. 18. ff. de jurisd. l. pen. C. de pact.* aut tacito, per litis con-  
testationem, *l. 4. C. de jurisdic.* Quanquam nec ita quidem omnis pro-  
miscuè admitteretur: non ea certè, quæ erat de loco ad locum, &  
de tempore ad tempus. Quæ de re ad rem, seu de causa ad causam di-  
citur, admittebatur quidem, sed tùm demum, si causæ erant ejusdem  
naturæ, quâ ratione, qui civilibus duntaxat præerat, de criminalibus  
ex prorogatione cognoscere nequibat, *l. 1. C. ubi causa fiscal. &*, qui  
certis causis pecuniariis præpositus, extra istius generis causas jurisdic-  
tionem nò ex prærogatione partium quidem extendere poterat: Sic  
prætori tutelari aut fideicommissario non nisi de tutelis & fideicommis-  
sis cognoscere jus erat. Et sic vix alia de causa ad causam, quàm ad  
majorem quantitatem admittebatur prorogatio, Sutholt *de jurisdic.*  
*n. 376.* Pari modo de personâ ad personam etiam licita quidem erat  
prorogatio, modo aliqua jam existens in judice adesset jurisdicção, quæ  
prorogari posset, *l. 1. ff. de judic. omnisque cessaret error, l. 15. ff. de jurisdic-  
dic. l. 2. ff. de judic.*

LVI. Hodie ex quo patrimonialis facta est, & territoriis atque  
Weichbildis cohærere cœpit Jurisdicção, vi cujus is, cui ea competit,  
percipit fructus, in multis aliisque rebus consistentes, prorogatio  
ista amplius non admittitur, nisi illi, ad quos causa spectat, vel expressè,  
vel tacendo in illam consentiant. Lauterbach *exerc. 5. Conclus. for. 6.*  
Frantzk. *lib. 1. resolut. 17. n. 96. seqq.* Carpzov. *in Proc. tit. 2. art. 1. n. 18.*  
Struv. *exerc. 4. th. 59.* Tobias Pauermeister *de jurisdic. lib. 1. cap. 25. n.*  
*43.* Joach. Schnobel. *disp. 2. th. 11.* Sutholt *de jurisd. aph. 373.* Ita etiam  
publicis constitutionibus cautum fuit, ne quis astutè & dolosè in frau-  
dem sui magistratus aliarum civitatum protectionem, jura atque privi-  
legia impetret, salvo nihilominus manente prioris civitatis jure, quo  
emolumenta horum percipere, oneribus verò omnibus sese subtrahere  
valeat. Tales autem qui sunt Pfalbürgerer vocantur, vid. Gothofr. Sve-  
vus *dissert. jur. feud. 7. quest. 1.* Carpzov. *disput. feud. 7. quest. jur. publ. 4.*  
Quamvis alio sensu ea vox accipiatur in Erl. *derer Landesgebreyhen/  
de Anno 1661. tit. von Justitien Sachen/s. und weil 2c. 97.*

LVII. His ergo modis Weichbildi effectus se exerit in respectu ad  
dominum pariter superiorem & subditos. Sæpenumero autem emer-  
gunt casus, quibus in concursu cum vicinis tueri jus Weichbildi sui de-  
bet

bet magistratus. Id quod contingit, quando delictum aliquod in duorum territoriis aut confiniis perpetratum fuit, aut delinquentem in alterius territorium aufugientem persequimur, aut captivi alterius per nostrum territorium deducendi sunt.

LVIII. Delicto in duorum territoriis perpetrato videndum; an in utroque consummatum fuerit, & tunc cujusque territorii dominus iudex competens est, v. c. si quis in uno territorio aliquem cepit, in altero spoliavit, tunc de captura iudicatur à magistratu loci, in quo illum cepit, & de spolio à iudice territorii illius, in quo illum spoliavit. Christ. Besold. in tract. de jure territorii cap. 3. §. 1. Carpzov. in pract. crim. p. 3. quest. 110. n. 23. Quod si in uno territorio inchoatum in altero consummatum delictum fuerit, v. g. si stans in territorio Titii, alterum, in territorio Caji existentem, lapide interfecerit, uterque & Titius & Cajus competens erit iudex propter locum delicti. l. 1. Cod. ubi de crim. Georg. Frantzk. ad ff. de jud. n. 41. scil. in criminali persecutione, secus est in actionibus civilibus, ubi saltem locus consummati delicti attenditur. d. l. 1. Carpzov. in Proc. tit. 3. art. 2. n. 34. & n. 64. Berlich. p. 2. decis. 181. Quod etiam dicendum, si in confinio delictum fuerit commissum, aut occisus in confinio aut flumine publico, quod utriusque territoria determinat, Besold. de jure territorii cap. 3. §. 2. reperiatur, nec constet, in cuius territorio delictum commissum sit, Carpzov. d. loc. n. 36. Cæterum si in territorio Titii mortiferè vulneratus postea in Territorio Caji moriatur, solus Titius ratione delicti iudex erit competens, l. 17. §. 1. in fin. l. 51. in princ. ff. ad l. Aquil. Carpzov. lib. 2. resp. 28. planè remissiones reorum ad magistratum loci delicti perpetrati, quæ necessitatis olim erant, l. 7. ff. de cust. reor. Nov. 134. cap. 5. l. 28. §. 5. de pœnis, hodiè urbanitatis sunt, fierique solent mediantibus literis reversalibus. vid. Resol. Grav. Ao. 1661. tit. von Justit. Sachen/ s. Ob zwar 2c. 44. Frantzk. de jud. n. 46. & seqq. Carpzov. in Pract. Crim. quest. 110. n. 54. & Proc. tit. 3. art. 2. n. 51. 52. Præterquam in Præfecturis Electoralibus Carpzov. d. loc. n. 58. add. Erled. derer Landes Gebr. de Anno 1661. tit. von Justitien Sachen/ rubr. von flüchtigen Unterthanen/ s. Wenn aber 46. aut si à iudice delicti perpetrati inquisitio peracta & sententia lata fuerit. Carpzov. ibid. n. 63. seqq. maximè cum hodiè usu fori, ubi deprehenditur reus, accusari & puniri valeat, quod ipsum an theoriæ Leg. civilium per omnia conveniat, meritò dubitat Ziegl. in dicast. conclus. 15. §. 46.

§. 46. seqq. Si in via publica perpetratum est delictum, cognitio non ad eum pertinere videtur, qui merum imperium in territorio circa viam publicam habet, sed ad eum, cuius est jus regale in eadem via publica. In terris tamen Electoratus Saxonici prior opinio approbata est, peculiari Constit. Ducis Georgii de anno 1506. quæ confirmata est anno 1606. 1609. item in Ord. Polit. de anno 1612. tit. von Justitien Sachen/ §. 24. cuius tenor extat apud Zanger. de except. p. 2. cap. 1. n. 244. Carpzov, d. loc. n. 39. seqq.

LIX. Si delinquens in nostro in aliud territorium aufugiat, quaeritur an magistratus illum in alieno territorio persequi possit? affirmat quidem Besold. de jure territorii cap. 3. §. 3. maximè si actus persecutionis jam in proprio territorio ceperit, & in alterius compleatur, idque ob actus continentiam, & jus vicinitatis: Dissentiunt alii Besoldo d. loc. citati, quod actus hic sit jurisdictionalis, qui in alieno territorio exerceri nequeat, vid. Erl. der Landes Gebr. A. 1661. tit. von Justitien Sachen. §. Wenn aber 46. Cui quidem sententiæ adstipulandum videtur, nisi forte consuetudine alicubi diversum fuerit receptum, quæ consuetudo valida est, præsertim cum in R. J. magistratui contra pacem publicam offenso id permillum reperiamus de anno 1559. §. und wies wol 20. seqq. vid. Henning. Bruning. de var. universit. speciebus. th. 31.

LX. Quod si quis per territorium alterius facinorosum captivum ducere velit, quaeritur: an ille transitum alteri concedere teneatur? & communiter quidem affirmant, Wesenb. cons. 33. n. 53. Schurff. Cons. 29. n. 7. seqq. Cent. 3. Cephal. Cons. 539. n. 77. Cæpoll. de servit. rust. præd. cap. 3. de servitute via n. 17. 19. 22. 71. cit. Bidembachio disqv. de ord. sequest. const. quest. 6. cum solo ducendi actu, domini jurisdictio non turbetur, & ad usum licitum via publica sine injuria negari nequeat, quò etiam inclinatur Besold. de jure territor. cap. 3. §. 4. Nihilominus tamen & hîc, quid loci consuetudo ferat, videndum, & consultum erit, à Weichbildi istius domino literas salvi conductûs, adeoque innoxium transitum, petere, qui & tùm concedi solet, redditis plerumque literis reversalib. Matth. Wehner. Cons. 92. id quod posterius in terris Elect. Saxon. necessum non est, Erl. der Land. Gebr. A. 1661. tit. von Justitien Sachen. §. Ob zwar. 44. aliud est, si alius altam, alius bassam in eodem territorio jurisdictionem habeat, tum enim ille, non tantum in causis criminalibus ad se spectantibus irrequisito inferiore iudice subditos citare, sed delinquentem



tem etiam in eodem territorio, ubi alter bassam habet jurisdictionem eo irrequisitoprehendere & captivum ducere potest. Caspar, Klock, tom. 1. Conf. 53. Carpz. in Pract. Crim. quest. 109. n. 80. 87.

LXI. Non incommode hic quoque quæri poterat; Num ne Magistratus aliquem ultra Weichbildum suum relegare possit? Et quamvis negativa sententia juri civili magis conveniat, l. 7. §. 10. & 15. ff. de interd. & releg. Ubi iudex eâ solum Proviciâ, quam regit, non aliâ interdiceret potest: Attamen ubi vis ferè locorum generali consuetudine receptum est, ut relegatus ab una civitate, vel præfectura alicujus Principis à tota provincia & Ducatu relegatus censeatur. Matth. Berlich. Part. 5. Conclus. 71. n. 10. seqq. id quod etiam probavit Sereniss. Elect. Saxon. divus August. in Constit. 47. p. 4. ubi Carpz. definit. 1. seqq. & Practic. Crim. quest. 130. n. 26. seqq. Besold. de jure territorii cap. 3. §. 5. Caspar Mantz, decis. Palat. ult. jung. Georg. Obrecht de jurisd. lib. 3. cap. 8. n. 6. seqq.

LXII. Ad consecutaria quoque Weichbildi refero varias actiones, quæ pro eo aut occasione ejus adversus turbatores aut violentos aliosque injustos possessores competunt, confessoriam sc. utilem arg. l. 9. §. 2. de damn. infect. l. 2. ff. de arbor. cadend. Treutl. Vol. 1. disp. 3. th. 11. lit. A. utile interdictum uti possidetis & unde vi, Bened. Carpzov. p. 2. C. 7. def. 11. 12. Matth. Wesenb. Conf. 21. actio injuriarum tam civilis quam criminalis, arg. l. 13. §. fin. l. 23. ff. de injur. item remedia Juris Canonici can. redintegrand. c. 3. qv. 1. c. sepe. X de restit. spoliat. aut si armatâ manu, vel publica vi jurisdictionis aut territorium alicujus violetur, pœna fractæ pacis, de qua Andr. Gail. in tract. de pac. publ. l. 1. cap. 16. n. 27. n. 29. Ziegl. in dicastice conclus. 11. §. 12. finium regundorum t. t. fin. reg. judicium legis agrariæ l. 3. ff. de term. mot. Condictio ex l. 4. C. fin. regund. Oldend. cl. 3. art. 14. n. 8. Srichard ad tit. C. fin. reg. rubr. n. 7. denique qui terminos finium regundorum causâ positos, aliò protulerunt, criminaliter ad pœnam arbitriam conveniri possunt, l. 2. ff. de term. mot. quæ de Jure Sax. etiam ad usq; relegationem & fustigationem extendi potest Carpz. pr. Crim. quest. 83. n. 71. adde Nemesin Carolin. art. 114. Knipschild de civ. Imp. l. 1. c. 11. C. J. A. ad tit. fin. reg. th. 42. Ludvv. ad Wesenb. de jurisd. n. 12. Menoch. de A. J. Q. cas. 393. n. 9. Gilhausen in arb. jud. crim. cap. 2. tit. 32. n. 6.

LXIII. Sunt & alii effectus lucrosi, collectio pecuniæ forensis, das Marktgeld/ Ziegl. ad Calv. §. civitas. concl. 1. ampl. n. 45. Matth. Stephani de jurisd. l. 2. p. 2. c. 2. n. 40. Balth. Conr. Zahn, de Jure municipali,

cap. 61. n. 3. perceptio fructuum, mulctarum, sportularum, & aliarum accessionum compendia. Item jus succedendi in vacante hæreditate, geradâ, rebus expeditoriis. Carpz. *Pr. Crim. quest. 109. n. 70.* Ziegl. *ad Nic. Calv. §. civitas. concl. 1. ampl. n. 48. 49. & limit. n. 22.* de quibus latius Dd. in materia jurisdictionis.

LXIV. Sicut etiam occasione Jurisdictionis magistratibus in territoriis suis incumbit onus erogandarum expensarum in executiones criminales. Carpz. *Pr. Crim. q. 138. à n. 40. ad 48.* Structura signorum Jurisdictionalium, ut sunt patibula, (quæ quo spatio distare debeant à terminis seu limitibus alterius territorii vid. Oettinger *de jure limit. l. 1. c. 20. n. 10. seqq. p. 368. seqq.* Matth. Stephan. *ad Const. Crim. Carol. V. art. 215. in fin.*) rotæ, columnæ, numellæ, Carpz. *d. l. n. 98. seqq. & proc. tit. 2. art. 1. n. 101. 105.* item refectio viarum publicarum, qua de vid. *inf. rescript. Georgii Ducis Saxon. Lips. datum. c. sequ.*

LXV. Definit Weichbildum quando aut dissolvitur tota ista civium agrorumque universitas; & planè exciditur, ita ut cives inde auferantur & dispergantur Knipsch. *de Imp. civ. lib. 1. cap. 18. n. 34. 35. 36.* Ziegl. *ad aur. praxin. Calv. §. civitas. proæm. n. 11.* (quod secus est, si civibus iisdem manentibus, vi hostili urbs saltem destruat, tunc enim si reedificetur, eadem jura, eosdem terminos retinet, *v. l. 21. ff. quem adm. usus fruct. amitt.* & ad eam Ziegl. *d. l. n. 10.* Knipsch. *d. l. n. 33.*) aut quando, eadem manente civium universitate, novas sedes quærunt, & civitatem transferunt, cuius exempl. ex Mornacio *observ. ad ff. l. 49. ff. de edil. edict.* affert Limnæus *addit. ad jus publ. tom. 1. l. 2. c. 9. p. 252.* aut si ob delictum eodem jure privetur, ab eo qui antea concessit, Phil. Knipschild, *loc. cit. n. 5. 6. 31.* Balth. Conr. Zahn *de Jure municip. cap. ult.* item non usu & præscriptione, quo modo alterius territorium augetur, dum de nostro quid decerpitur, quâ de re suprâ jam diximus.

CAPUT

## CAPUT TERTIUM, Weichbildum Lipsiente in specie proponens.

**P**romisi superius de materia Weichbildorum generaliter dicta in specie adducto exemplo Weichbildi Lipsientis me illustraturum. Restat igitur, ut de eo paucis videamus. Originem hujus referunt ad Ottonem Marckgravium Misnensem, qui Dives cognominabatur. Ille enim non solum demolitam Lipsiam ædificari iterum ac muniti curavit, sed etiam Weichbildum ac singulares immunitates illi donavit, uti hoc probant Literæ immunitatis ab ipso datæ, quæ in originali adhuc extant, idiomate Latino scriptæ, & in linguam germanicam translatae in Chronico Lipsiensi L. Zachar. Schneiders *Lib. 3. pag. 81. seqq.* verba rescripti hæc sunt: *Juris etiam sui, quod VVichbilde dicitur: signum petentibus, unum in medio Halestræ (Elster) secundum in medio Parde (Parde oder Pare) fluvii, Tertium ad Lapidem, qui est prope patibulum, quartum transfossam quâ lapides fodiuntur, demonstravit. &c. &c.*

In hoc Weichbildo sive districtu jurisdictionem suam semper exercuere Lipsienses, nemine contradicente, quantum quidem ex Archivis constat, usque dum Anno 1504. inter Quæstorem Serenissimi Ducis Georgii & Senatum Lipsiensem lites exortæ de finibus civitatis seu Weichbildo, quas tamen brevi post iterum sopitas legimus à Serenissimo duce Georgio, qui Commissarios ad visitationem Weichbildi ablegavit, peractisque peragendis antiqua confirmavit, atque denovo aliquid concessit. Cujus etiam privilegii vigor huc usque durat: Habet autem se, uti sequitur.

**S** On Gottes Gnaden / Wir George Hertzog zu Sachsen / Landgraff in Thüringen und Marggraff zu Meissen / Königlicher Majestät und des heil. Röm. Reichs Erblicher Gubernator in Frießland / Bekennen und thun kund aller männiglichen / daß Wir Unseren lieben Getreuen dem Rath und gemeiner Stadt Leipzig / ihr auffgesetzt Weichbilde / Gezänd und Irrung / so zwischen Unsern Ambtleuten und Ihnen in Übung und Gebrauch der Gericht halber sich begeben möchten / hinförder zuvermeiden / wie folgt / erkläret und erstreckt haben /

Man-  
 städter  
 Thor.

haben/nehmlich also / daß sich dasselb ihr Weichbilde  
 vor dem Kanstedter Thor auf dem Steinwege und der  
 Strassen hinaus bis gen Lindenau/mitten auf der Brücke  
 (a) erstrecken soll/ und für demselben Thor auf der  
 rechten Hand/ da sie die neue Mühle erbauet haben/und  
 was darzu gehört/ und förder da die Fischer sitzen (b)/ bis  
 an die Golischer Brücken (c) sammt des Raths Holze  
 neben der Prediger Holze / und darzu auf der Pezischer  
 Weide/und was also an der Seiten/ zwischen dem Stein-  
 wege/und dem Wasser/ daß dem Rosenthal und selbigen  
 Güter darzwischen gelegen / thut scheiden/soll zu ihrem  
 Weichbilde gehören/ausserhalb die Güter / Wiesen und  
 Gehölze/dem Prediger Kloster zuständig / das wollen  
 Wir zu Unserm Landgericht behalten und aufgezogen  
 haben (d). Sondern jenseit der Golisser Brücken und  
 des Brückners Wiesen / über das Wasser hinüber/das  
 von dem neuen Wehre / an der Fleischer Weide herab  
 flusst bis an den Rube-Thurn. Was also zwischen den  
 nahe:

(a) Auf den Mittel dieser Brücke ist eine Seule/ mit E. E.  
 Hochw. Raths Wapen / und Jahr Zahl 1660. gesetzt  
 worden/ welche das Weichbilde / so in der Mitten des  
 Wassers oder Mühl-Graben gehet/ und das Stifftische  
 Merseburgische Gebieth von denen Erb-Landen scheidet.

(b) Dieser Ort ist vor dem Kanstedter Thor bald zu Ende  
 der Vorstadt gegen Lindenau zu also genennet worden /  
 immassen auch ins gemein das äußerste Thor an der  
 Vorstadt annoch das Fischer-Thor genennet wird.

(c) Diese Brücke ist iezo die hohe Brücke auff dem Steins-  
 Wege / soll den Namen gehabt haben / daß ein Weg  
 nach Golis gangen.

(d) Über diese vor dem Kanstedter Thor gelegene Güther/  
 hat E. E. Hochw. Rath voriezo die Gerichte wieder-  
 käufflichen vermöge Contracts untern dato 18. Septemb.  
 1669.

(e) Hier

nächsten Wassern auf beyden Seiten des Steinweges begriffen und mit den Wassern beschlossen ist (e) / soll auch ehegedachter Unser Stadt zu ihrem Weichbilde zustehen und darein gehören / und von der Polier-Mühle (f) zu Ende ihres Tammes vor dem Rosenthal herüber bis an den Schuppen / der neben dem Überfall und der Brücken stehet / so man in den Rosenthal (g) zeuhet / durch denselben Überfall in das Wasser / das neben St. Georgen Bades

Stu

(e) Hierbey ist zu mercken / daß der eine Theil dieses Wassers nach der lincken Hand von der Stadt hinauswärts vormahls ganz umb das Hölzlein das Ritter-Spörlein genannt / herumb geflossen / also gar / daß das Wasser alleine das Weichbild geschieden / voriezo aber ist solcher Graben / so umb das Hölzlein herumb gehet / ziemlich versallen / und hat das Wasser einen andern Gang / auf den Mühlgraben zu / genommen / nichts desto weniger scheidet der alte versallene Graben / so noch eigentlich zu sehen / doch ohne Wasser / das Weichbild / und ist umb mehrerer Nichtigkeit willen / bey der Beziehung 1613. ein Mahlstein zwischen den Grabeu / und so genannten heiligen Wiesen / gesetzt worden. Das obgedachte Ritter-Spörlein hat den Namen von George Pflügen Rittern / einem Bürger / von dem es erkauft worden / und gehöret ins Weichbild.

(f) Ist nicht von der iezigen Polier-Mühle vor dem Kanstedter Thor zu verstehen / sondern es wird die alte Polier-Mühle angezeigt / so juxta verba sequentia über dem Mühl-Graben drüben / hinter der Anger-Mühle nach dem Lazareth zu.

(g) Dieser gehöret voriezo auch zu der Stadt Weichbild / wie ex sequentibus erhellen wird.

(h) Nach

Stuben (h) hinab umb die Altenburg (i) bis die Parde dar-  
ein (k) fleußt.

Hällisch  
Thor.

Und vor dem Hällischen Thor mitten in der Parde/  
daselbst an / da die Parde in die Pleisse fleußt / herauff  
bis an die Brücke vor dem Thor / und auf der Brücken  
hinauß auf der Strassen / und was also zwischen den  
beyden auffgeworffenen Gräben zu beyderseits des Wegs/  
auf der Strassen bis an das andere Creutz / an und zwis-  
schen dem Scheidwege nach Hall und Dölitzsch stehende  
begriffen ist / soll auch zu ihrem Weichbild (l) gehören/  
und von dem Steine gegen dem Hällischen Thore über/  
der an den Zaun auf die rechte Hand gesetzt ist den Zaun  
hinabe (m) bis an den andern Stein (n) / über die Parde

und

(h) Nach der Zeit hat das Hospital zu St. Georgen allda  
gestanden / ieko ist es der jenige Plaz / alwo vorm Ranni-  
schen Thor die Tuchmacher die Tuche aus zu hängen  
pflegen.

(i) Ist das Gäßlein sambt denen Häusern und Garten hin-  
ter vorgedachten Orth / da das Hospital zu St. Georgen  
gestanden.

(k) sc. in die Pleisse / gestalt denn allernechst daran an dem Ufer  
An. 1671. ein Stein zu setzen angeordnet worden.

(l) Dieses alles ist noch Heute zu Tage zu sehen / und stehen  
vor dem euffersten Hällischen Thor / so das Gerbers  
Thor genennet wird / an beyden Feld-Ecken zwey Mahl-  
Steine.

(m) Dieser Zaun ist ieko zwar nicht mehr vorhanden / stehet  
aber ein Mahlstein allda.

(n) Dieser Stein stehet am Mockawischen Wege annoch heu-  
tiges Tages zur lincken Hand nahe am Felde / wenn man  
hinauß gehet.

(o) Allz

und Wiesen hinüber/ durch das Erlich/ bis an den Stein/  
 der iezund auf dem Reine jenseit des Erlichs vernahlstet  
 ist/ (o) und fürder hinumb an den Weiden und Bäu-  
 men auf dem Reine nach den Kohlgärten bis an die  
 Ecke/ jenseit den grossen Pappelbäumen / (p) da iezund  
 auch ein Stein gesetzt ist / und von dannen nach dem  
 Galgen (q) / gleichzu hinüber bis an den Stein bey der  
 Ruhe-Banck (r) und fürder auf den Stamm/ der neben  
 der Strassen hinter St. Johannis hinaus gesetzt / und  
 über den Weg hinüber auf des Probsts Aecker (s) gleich  
 zu/ bis auf einen Stein (t) so bey einem Scheidweg ste-  
 het/

nach  
 den  
 Kohlgärten  
 Bey  
 dem  
 Galgen  
 Grim-  
 misch  
 Thor.

§ 2

(o) Alhier ist der Kohlgärtner oder Reideniker Viehe-  
 Wende/ und stehen an dem ieko so genandten Beckerischen Fels-  
 de hinan bis an den Weg/ wo man nach Schönefeld zu  
 über den Nitzschgen Steg gehet / unterschiedene Mahl-  
 Steine.

(p) Von diesen Pappelbäumen ist ieko nichts mehr vorhan-  
 den/ sondern es stehen an des Churfürstl. Sächsischen  
 Postmeisters Herrn Christoph Mühlbachs Garten  
 Ecke/ zu seinem in Kohlgarten habenden Guthe gehörig  
 zwey Mahl-Steine mit der Jahr-Zahl 1509. und  
 1613.

(q) Das Weichbild gehet durch den Galgen und stehen zwey  
 Seulen / so sich herein gegen die Stadt wenden / der  
 Stadt/ die dritte aber hinauswärts/ dem Ampte zu.

(r) In dem Wege / wo man nach Krottendorff gehet / ist  
 vor dessen eine Ruhe-Banck gestanden/ so ieko nicht mehr  
 vorhanden / dennoch aber stehet der Stein alda/ dessen ge-  
 dacht wird.

(s) Seynd die Aecker/ so ieko zum Hospital zu St. Johannis  
 gehören.

(t) Dieses ist der Weg/ welcher von der Windmühlen-  
 Gas-  
 sen

het/ und fürder auf einen Stein / der neben dem Wege/  
da man zu dem Heiligen Creutze gehet/ gesetzt ist/(u) von  
Peters dannen hinabe (x) bis auf die oberste Brücke/die auf die  
Thor. Schweinweide geher/ niederwendig dem Acker der Ka-  
bisch des Fischers gewest/ und dem Rathe vorerbet ist/  
gelegen/und jenseit derselben Brücken(y) auf der Schwein-  
weide/so ferne der Stadt Eigenthum wendet/bis an das  
Teiche. Wasser/ und herab da sie ihre Ziegel-Erde graben / zu-  
samt ihren Teich-Tämmen/ Teichen und Gansaues Er-  
be und Garten daran gelegen (z)/ das allenthalben mit

Wass-  
ren nach der Funckenburg/ so aniezo E. E. Hochweisen  
Rath zuständig/ und dem Hause nach unangebauet lies-  
get/ und auff Bachaw gehet/ alda stehet ein alter breiter  
Mahlstein/ und wurde An. 1671. beschloffen/dasß ein neuer  
darzu gesezet werden solte.

(u) Dieser Stein ist an dem Connewitzer Steinwege hinaus  
eigentlich zu sehen/ und An. 1671. ein neuer darbey gesezet  
worden.

(x) Borioko stehet umb mehrerer Nachricht an der Ecke  
des Brand-Torwergs / so Herr D. Welschen gehörig/  
ein Stein mit der Jahr-Zahl de Anno 1535.

(y) Umb diese Tegend ist vor dessen auch ein Mahl-Stein  
gestanden/ welcher in Kriegswesen wegkommen / und ist  
Anno 1671. bey der Beziehung ein anderer dahin gese-  
zet worden.

(z) Alhier ist nach der Zeit ein klein Wehrlein erbauet wor-  
den/ welches man das Säugkwehr genennet / und in al-  
ten Grenk-Beziehungen an stat des Mahles gehalten  
worden/ nachdem es aber gleichfals eingegangen/ ist An.  
1671. alles richtig wieder verneuet und versteinet / und in  
eine Registratur gebracht worden/ welche im Ambte und  
auff dem Rathhause alhier zu befinden.

(aa) Seynd



Wasser beflößen ist/ bis an der Tonnen-Mühle/ von dann  
nen das Wasser hinab auf die Thomaser- und Barfüßer-  
Mühle/ und dieselbige Mühlen / die Gärten/ die man  
die Münchs-gärten nennet (aa)/ hie disseits des Wassers  
bis auf das innerste Kannische Thor stossende von der  
Barfüßer-Mühle/ das Wasser hinab das Trauendorff (bb)  
und die Schottengasse (cc) und also wieder bis auf den  
Steinweg vor dem Kanstetter Thore / und ausserhalb  
der Schottengassen / neben dem Steinwege/ gegen der  
Prediger Ziegel-Scheunen über / der Hopffgarte / und  
des Pfarrers Wiesen zu St. Jacob (dd) bis an das Was-  
ser und ober des Rath's Wehre/ bis auf die Fleischhauer-  
Weide/ das Wasser herab/ wieder auf die Solisser Brü-  
cken / soll alles zu ihrem Weichbilde gehören. Und binnen  
solchen Orten und Gränzen ihres Weichbildes wie die  
allenthalben angezeigt seynd/ sollen auch der Rath und  
gemeine Stadt Leipzig die Gerichte Oberste und Nie-  
derste über Hals und Hand haben/ und der geniessen und

Tho-  
maser/  
Bar-  
füßer  
Müh-  
len.  
Trau-  
dorff.  
Kan-  
stetter  
Thor.

Ge-  
richte.

§ 3

(aa) Seynd die Gärten/ so zwischen der Thomas-Mühle und  
Kannischem Thor gelegen.

(bb) Ist eine Gasse in der Kanstädter Vorstadt / welche da-  
mahls also genennet worden.

(cc) Ist die Nachbarschaft auffn Steinwege/ auff der linken  
Hand/ von der Polier-Mühle an/ bis ans eusserste Thor  
von dem Abt des Klosters zu St. Schotten in Erffurth  
also genant/ welcher solche Gassen/ und die Kirche zu St.  
Jacob (diese hat gestanden/ da iezo das Fleischer Haus)  
und deren Zugehörungen E. E. Hochweiser Rath Anno  
1502. erblich verkaufft (zu dieser Jacobs-Kirchen hat  
auch gehört der iehige Ort/ wo der Fleischer Ochsen-  
Stall stehet / und die Jacobs-Wiese vorm Kanstädter  
Thor) welche diesen Nahmen noch heutiges Tages also  
behält.)

(dd) vid. sub. cc.

Gräben.

gebrauchen/von uns/unsern Amtleuten/und sonst aller  
männiglichen unverhindert/ dargegen und darumb soll  
obberührter Rath die Wege vor bemeltem Hällischen  
Thor/bis auf das ander Creutz oben bemeldt/ dergleichen  
vor dem Grimmischen Thor bis durch die Kohlgärten  
und von dem Peters Thor bis auf das Creutz/das da an  
dem Wege stehet/so man nach Konnewitz und der Mühle  
daselbst zeuhet/versorgen und im Bau halten/ sollen Sie  
auf denselben Strassen/Wegen und ihren Gräben die  
Gerichte obberührter massen auch haben und gebrau-  
chen/von Uns/Unsern Amtleuten/und sonst männiglichs  
unverhindert/ alles treulich und ungefährlich. Zu Urkund  
mit Unserm anhangenden Siegel wissentlich besiegelt/  
Geben zu Dresden am Mittwoch nach Simonis & Judæ A-  
postolorum nach Christi unsers lieben Herrn Geburth/  
Tausend Fünffhundert und im Vierdten Jahre.

Weichbildum hocce Serenissimus ille Saxonix Dux Geor-  
gius non tantum Anno 1508. confirmavit, sed etiam Jurisdic-  
tionem tam altam, quam bassam, quam antea sub pacto retrovendi-  
tionis acceperant, pure titulo emti venditi & hereditariam & pa-  
trimonialem concessit, cujus Rescripti tenor extat apud Tob.  
*Heidenreich in Chron. Lipsiensi. p. 79. seqq.* Hanc tamen clausulam,  
ut ministri Principum a jurisdictione Senatus exempti essent, con-  
tra vero coram quaestore ducali seu Amtmann/ Amtsvogt/  
cui jurisdictio in simul concedita, se sistere necesse haberent; Si-  
militer Academici & Clerici privilegia sua & immunitates factas  
tectas retinerent, uti superius quoq; cap. 2. monitum.

Ab hoc tempore, Senatum in tranquillam hujus Weichbildi  
possessione turbare nemo ausus est, & hoc ideò, quia Lipsiensium  
praefecti adhibitò Senatu hoc ipsum Weichbildum saepius visita-  
re, limites renovare &c. a Serenissimis Electoribus iussi sunt.  
Quemadmodum, ut tantummodò acta hujus Seculi adscriba-  
mus, eiusmodi visitatio vel Beziehung des Weichbildes / institu-  
ta a Serenissimo ac Potentissimo Electore Saxon. Johanne Geor-  
gio,

glo I. gloriosissimæ recordationis 1613. Quæstore M. Christophoro Funcken, Consule regente D. Theodoro Mæsteliò. Et anno 1648. Quæstore Gottfried Trüben/ Consule regente D. Friederico Kühlvein, Consil. Elect. aliisque à Senatu deputatis, & demum anno 1671. Quæsturæ Lipsiensis Præfecto Superior. Domino Johan. Jacobo Panzero, & Cons. reg. Tit. Domino Doct. Christophoro Pinckero, Consil. Elect. Patronis meis optumis maximis. Et hac ultimâ vice omnia quæcunque in posterum inter Præfectos & Senatum causam litis præbere possent, seposita sunt atque transacta.

Interim antiquiori Weichbildo de novo aliquid accessit Anno 1617. tractus scilicet ante Portam St. Thomæ veluti in Electorali rescripto de dato Dresden die 3. Februarii 1617. habetur: Der Mühl-Graben vor dem Thomæ Thor von der Nonnen-Mühle bis an die Thomæ Mühle / & hunc locum tanquam Weichbildum cum omni Jurisdictione Nomine Serenissimi ac potentissimi Electoris Senatui tradidit Philippus Ernestus Comes in Mansfeld & Dominus in Heldringen/ tum temporis Præfecturæ Lipsiensis Præfectus Supremus seu Hauptmann/ & M. Christophorus Funckius, Quæstor ut ex supra adductis literis evidenter clarescit.

De accessoriis quoque Weichbildi est Sylva ante portam Ranstadiensem Ranstädter Thor/ quæ Sylva ab amœnitate vallis rosarum vel Rosenthal vocatur. Senatus enim Lipsiensis non tantum solutâ certâ pecuniæ summa Sylvam hanc hæreditario jure cum omnimoda Jurisdictione possidet, sed etiam, ut hæc civitatis VVeichbildo adjudicetur, à Serenissimo Electore nostro clementissimè impetravit, quod jussu Serenissimi Electoris Solenni modo factum à Domino Johanne Jacobo Panzero Præfecto Lipsi. moderatore Superiore Anno 1671.

Et hæc de VVeichbildorum Jure dicta sufficiant: quo in negotio si quædam minus commode dicta videbuntur, à B. Lect. veniam precor, Deo autem pro concessis viribus decentes nuncupo gratias.

Handwritten blue ink markings at the top of the page, including the letters 'AK' and the number '2224'.

Faint, mirrored text from the reverse side of the page, appearing as bleed-through.

Second block of faint, mirrored text from the reverse side of the page.

Third block of faint, mirrored text from the reverse side of the page.

Fourth block of faint, mirrored text from the reverse side of the page.

Handwritten blue ink markings at the bottom right of the page, including the letters 'WON' and 'M.F.'.



h. 88,39

DI  
JU

DN. A

Pa  
JOH. J



24)

II R  
2224

DICA

CH-

tiã,

DICTO

bl.

Subjicit  
lect, Præfect.

C.

S.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE (SAALE)

io Georgio Knü  
Stid: Amico ma  
conorando vilecto  
C. 12.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

Kodak  
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

